THE BOOK WAS DRENCHED

UNIVERSAL
LIBRARY

OU_190376

UNIVERSAL
LIBRARY

INTRODUCTIO,

ET

PRIMA ANNOTATIONIS PARS

IN

LEXICON GEOGRAPHICUM,

CUI TITULUS EST,

مراصد الاطّلاع
على اسمآء الامكنة والبقاع.

LEXICON GEOGRAPHICUM,

CUI TITULUS EST,

مراصد الاطّلاع
على اسمآء الامكنة والبقاع.

TOMUM QUARTUM,

CONTINENTEM

INTRODUCTIONEM IN HUNC LIBRUM,

ET

ANNOTATIONEM

IN LITERAS ا — ب,

EDIDIT

T. G. J. JUYNBOLL.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD E. J. BRILL.
ACADEMIAE TYPOGRAPHUM

MDCCCLIX.

INTRODUCTIO.

PARS PRIOR,

DE CODICIBUS, LIBRO ET SCRIPTORE.

§ 1. DE CODICIBUS.

Lexici Geographici *textu Arabico* edito, restat ut de *Codicibus*, quibus usus sum, ac de ipso *Libro*, ejusque *Scriptore* exponam; quâ disputatione absolutâ, de *Scriptoribus*, quos in hac editione parandâ et Annotatione conscribendâ, in meos usus converti, nonnulla addam.

Praeter duos Codices, quos in Lexico edendo adhibui, *quinque* alii, quantum novi, exsistunt. Codicem puto 1) *Parisiensem*, quem MICHAEL SABBAGH e Cod. Leyd. anno 1811 descripsit [a]; 2) *Monacensem*, e Codice Parisiensi sumtum [b]; 3) *Oxoniensem*, 4) *Cantabrigiensem*, et 5) *Kremerianum* [c]. De *quatuor* Codi-

---

a) Vid. WUSTENF. *Jacuts Moscht.*, p. XVII et seq. Collatis locis inde allatis, tum passim alibi, tum v. c. apud KOSEG. ad *Ann. Tabarist.* III, p. 104, animadverti, SABBAGHUM textum nostri Codicis festinantius et liberius descripsisse, adeo ut interdum vitia quidem emendata, at alia eaque gravissima saepe addita sint. Verbo hac de re loquitur item TORNBERG *Ibn-el-Vardi* I, p. X.

b) Vid. WUSTENF. l. l., p. II.

c) De suo Codice A. von KREMER exposuit in Disput.: *Ueber 2 arab. geogr. Werke*, p. 1, in *Sitz.-bericht. der phil.-hist. Classe der Kaiserl. Akad. der Wissensch.* 1850 II, 1 heft, ubi simul de *Auctore* hujus Libri, ac de *Libro* ipso et *Praef.* paucis disseruit. Postea Codicem ille, cuinam nescio, vendidit.

cibus tantum hîc agemus. De *Parisiensi* enim et *Monacensi*, ut quisque animadvertit, non opus est, ut disseramus. *Quantum* heu! non vidi. De *Leydensi* ergo, *Vindobonensi*, *Oxoniensi* et *Cantabrigiensi* speciatim dicamus.

De *Leydensi* multis jam egit Hamakerus in *Spec. Cat.*, p. 67 et seqq., ac *verbo* igitur tantum locutus est Dozyus in *Cat. Codd. Orient. Bibl. L. B.* II, p. 131 et seq Codex est membraneus, foliis constans 331 in fol., splendidis titulis ornatus. Textus ad fol. 190 usque continetur *lineis* partim auratis, partim caerulei coloris. Ut ex subscriptione apparet, Codex mense Śawwāl anni H. 997, i. e. mense Augusto a. 1589 absolvebatur [a]. Alia exstant in primo folio. In his nota, a manu, quae nihil ceterum huic Codici apposuit, addita, et fere deleta, ut vix legi possit, laudes complectens Operis majoris Jāqūt*iani*, his verbis: اصل هذا الكتاب الملخّص مكتوب غالبًا فى نحو عشرين مجلّدًا وقد رايتُ بالمدرسة المحمودية [b] ثلاثة عشر مجلّدًا ضخمة وهو كتاب لا نظير له وقد اجاد هذا المؤلّف وافاد ووفى بما التزم به ولم يخلّ (بشىء ?) ممّا اراد رحمه الله تعالى [c].

---

a) Vid. III, p. ٣٥٢ n. 7.

b) Quae Academia significetur, certo definire non ausim. A Mahmudo enim Paschâ, Vezīro Moh^d II^i, filii Mūrād*is*, Otmanorum Sultani, qui a. 1453 Constantinopolin cepit, in hac urbe Academia condita est; vid. v. Hammer *Gesch. des Ottm. Reiches* II, p. 123. Deinde Academiam ibi condidit a. 958 (1551) Sal Mahmūd, Silihdār Sult.^i Solaimān*is* (von H. ibid. IX, p. 147 n. 34).

c) H. K. V, p. 623 voluminum *numerum* non memoravit, neque etiam Ibn Kallikān in vitâ Jāqūt*i*. *Decem* voluminibus, nisi pluribus, constabat exemplar, ex quo Cod. Haun. est descriptus. *Quinque* spissis voluminibus constitisse videtur Cod. *Oxoniensis*, olim Leydensis. *Primum* jam desideratur, quo Introductio continebatur, et major pars Literae *Elif*.

Codex ipse nitidissime scriptus est. *Literae* perspicuae exaratae sunt, ac singulae a proximis ita plerumque disjunctae, ut in harum *figuris* bene legendis non facile erres, et literae

---

volumen II incipit a voce الأوار, idque ut sequens a. 876 et 877 (1470 et seq.) scripta sunt, unde per hoc et reliqua tria volumina Opus ad finem usque decurrit. Vocales et puncta diacritica diligentissime, at saepe negligentius, apposita sunt. Ex hocce exemplo cl. Wright locos quam plurimos cum nostro Lexico mihi contulit. De eo Codice vid. Dozy *Cat.* I, p. XIII et seq., et Osiander *Z. d. d. m. G.* VIII, p. 600 et seq.

Alter Codex Anglicus Operis معجم البلدان, cujus nonnullorum locorum collationem debeo Wright*i* et Doct. Osiandr*i* benevolentiae, est *Londinensis* Musei Brit. (N. 16649 et 16650) in fol., ex Indiâ oriundus, et a. 1803, ut videtur, exaratus. Duo haec volumina a *tribus* Libraris videntur esse conscripta, qui puncta diacritica plerumque aut omiserunt, aut male posuerunt. Alius porro defectibus hoc exemplar laborat. Deest v. c. *primum* folium, et a voce كـ ad initium Literae ل intermedia desiderantur, quae lacuna 28 foliis vacuis significatur. Codici ergo Oxoniensi est postponendus, cujus tamen 1ª quarta pars ex illo suppletur. Paucis Londinensem Codicem descripsit Osiander in *Z. d. d. m G.* VII, p. 573 et seq. Hos Codices in Annotatione nuncupavi C. L. et C. O., i. e. *Cod. Londinensis*, et *Oxoniensis.* Utroque nuper usus est Amari, ut locos de *Siciliâ* agentes ederet, in *Bibl Sic.* p. ١٠٥ – ١٣٩.

Cod. *Hauniensis* duobus voll. constat. Prius *Praefationem* et *Introductionem* complectitur, et magnam partem Literae Elif, ubi tamen in انطاكيه abrumpitur. Continet porro Literas ذ, ر, ز et س ad vocem السعي. II^um^ vol. constat 2^bus^ partibus, quae dicuntur الجزو الثامن et الجزو العاشر, et exhibent Literam غ (in quâ lacuna est inter v. فربط et شرخشا) et ى; desunt porro ك, ل et magna pars Literae م. A v. مكا enim iterum incipit, et deinde ad finem Operis decurrit. Ex subscriptione apparet Jāqūt*um* opus absolvisse Halebi die 20° mensis Çafar*is* a. 621 (1224). Ad hoc exemplar, descriptum in *Cat. Cod. OO. Bibl. Haun.* N. XCIX. C., II, p. 75 et seq., cum locis indicatis conferendum, cl. Mehren ultro ipse se mihi obtulit. Codex quo melioris est notae, eo magis sane lacunae sunt dolendae. Ante de eo et Petropolitano exposuit

similes, ne invicem confunderentur, notis sunt instructae; nec modo sic ح a ج et خ, et ڎ, ڑ, et ښ a ذ, ز et س (quem usum notavit DE SACY *Gr. Ar.* I, p. 12), sed etiam ڀ hac ratione a ن, distinguuntur.

C. M. FRAHN in *Ibn Foszlans und and. arab. Berichte üb. die Russen alt. Zeit.*, p. XLVI et seqq.

Petropolitanus a. 1809 (1224) conscriptus, si nonnullos hiatus et omissiones omittis, est integer, sed ab imperitâ parumque exercitatâ manu festinanter exaratus, quo factum est, ut puncta diacritica subinde desiderentur, et vocales raro ac male interdum additae sint. Utilissima tamen ad Lexici Geogr. editionem emendandam mihi fuit ejus Codicis collatio, quam cl. CHWOLSOHN benigne in se susceperat. Praeter hunc, FRAEHN*IUM* et DORN*IUM*, qui eo Codice diligenter usi sunt, nonnullos inde locos descripsit VON NOROFF in Libro: *die Atlantis*. Petr. 1854.

Duo praeterea hujus Operis Jāqūt*iani* exemplaria, teste KREMERO (l. supra l., p. 1), ante hos paucos annos aderant Bagdādae, quorum unum a LYNCH*IO* emtum esse dicitur. Alia duo, ut tradidit FRAEHN in *Jen. Lit. Zeit.* 1843 N. 6, p. 24 (olim saltem) servabantur Constantinopoli. Alterum, ut ait, exstat in Bibl. *Kopruli-Pascha*, constans 2 voll., sed *dimidiam* partem tantum complectens; alterum, duorum spissorum voluminum, Opus exhibens *universum*, et egregie exaratum script.ª Neskiand, reperitur in Bibl. وفا كتبخانه سى.

Alius porro ejus Operis Codex in manibus versatur CH. SCHEFER*I* (primi Interpretis Legationis Franco-Gallicae in Aulâ Const.), ut narratur, in ipsius epist.ª ad GUST. DUGAT*UM* 28ⁱ Febr.ⁱ 1855 (*J. A.* 1855 Avril, p. 397); descriptus ex Cod.ᵉ a.ⁱ 703, et olim exemplum Kalîl ben Ibek Aç-çafadii.

De alio praeterea Codice locutus est LAYARD (*Nineveh* I, p. 36), quem a. 1844 Moh. Emin-Pascha Mozule tenebat. Neque nostrum Lexicon, neque Al-Moštarik*um* eo designari, statim inde apparet, quod de nomine *Korsābād*, ibi sermo est, quod in Al-Moštarik deest, et quia de hoc loco ea ibi traduntur, quae in *L. G.* non exstant. Quae sic conjiciebam, confirmavit epistola CHWOLSOHN*I*, inserta in *Z. d. d. m. G.* IX, p. 271,

Haec sedulitas ut laudanda, ita improbanda frequens Literarum ص et ط, ac ص et ط confusio; in primis vero reprehendenda est sordida, quae in *punctis diacriticis omittendis*, aut *perperam apponendis*, ac *vocalibus male notandis* ubique conspicua est, negligentia [a], quare ex hoc *solo* Codice Opus nostrum edi nullo modo potuisset.

Textus porro sortem expertus est, omnibus fere *Lexicis* communem. *Glossae* nimirum, margini olim mandatae, temporis decursu in textum saepe translatae sunt [b]. Has, ut *notas* etiam *margini* adscriptas, quia animadversiones plerumque tradunt utilissimas, omnes edidi, quin etiam, ubi id commode fieri poterat, *textui inserere* non dubitavi, tum quia iis sic recipiendis minus spatii requiri videbatur, primoque obtutu cuivis in oculos incurrebant, tum praesertim, quoniam hae notae ob certarum quarumdam formularum, a dicendi ratione

---

ubi de Cod. Operis معجم البلدان *Mozulensi* est sermo, ex quo Dornius excerpta, Tabaristānem spectantia, acceperat, quae docent, hunc Codicem, licet non sit, quod Mozulenses contendunt, Auctoris autographum, et Articulis caret, qui in Petropolitano reperiuntur, bonum tamen esse et accuratum, quare in primis optandum, ut inde apographum describatur.

In Bibl. denique Sprengeriana (*a Catal. of the Bibl. Or. Sprenger.* Giess. 1857 p. 1 n. 7-10) affertur aliud exemplar IV voll., ubi Sprenger addit *alterum* ejusdem Operis exemplum se ex Indiâ exspectare.

a) Quam parum nempe vocalibus adscriptis confidere possimus, tum docet aliorum Librorum collatio, tum etiam ipsius Codicis ratio, in quo scilicet *literae* et *vocales* falsae saepe scribuntur in nominibus descriptis, contrariae vocis descriptioni, quae confestim sequitur.

b) Exempla vides I, p. ٥٩ n. 6, p. ١٠١ n. 4, p. ٢٢١ n. 4, p. ٣٠٠ l. 3, ubi verba سهل ضدّ حزن e textu removenda sunt; conff. *Addenda*. Vid. porro p. ٣٠٧ n. 3, *Addenda* ad v. خذير, خميم, رزان, cet.

nostri Scriptoris diversarum, usum a reliquâ Operis parte quam facillime distingui possunt [a].

Notas, *margini* Codicis adscriptas, *duobus* Viris, ut docet scribendi ratio, debemus. Alter, Turca, ut videtur, *duas* aut *tres* tantum apposuit [b]. Verum eo plures alius, qui tamen ex alio Codice eas desumserit, quo facto, non mirum est gravia hunc scribendi vitia subinde commisisse, quae ab ipsarum Auctore non exspectes. *Hae* autem notae non per *universum* Codicem reperiuntur. Si nempe excipis *supplementa* ad *omissa* supplenda in margine notata, a fol. 190, quod a v. سبب incipit, et a quo *lineae* item, quibus textus includitur, deinde omittuntur, nulla porro *hujus* manus nota occurrit, ita ut suspiceris, Librarium ab eo loco inde desiisse eas notas apponere [c].

Qui has notas *primus* scripsit, Vir sine dubio erat eruditus. Multa Scripta in suos usus convertit [d], atque interdum de his bene disseruit [e] Has notas apposuit, tum ut ex pleniore Codice omissa suppleret [f], et corrupta emendaret, tum ut dicta Auctoris, aliis fontibus in subsidium vocatis, illustraret [g].

In Libris, quos adhibuit, 1^um^ locum tenet معجم البلدان, s. majus Jāqūti (+ anno 626 s. 1228-9) Opus, de quo ejusque

---

a) Sic in *textum* has transtuli I, p. ٣ l. 8 a f., p. ٩ l. 2 a f.; in *notas* I, p. ٩ n. 5, p. ٨ n. 1 et 3 cet.

b) Vidd. dicta de vocc. مغنيسيا et وبرة. Deinde in v. نهاوند idem ad marginem scripsit فصب الذريرة, ut moneret, de hac re ibi esse sermonem.

c) Hujusmodi notas marginales *ante* aliquando in textum esse illatas ex dictis v. c. apparet in *Add.* ad v. الاوسج.

d) Vid. v. c. I, p. ٣٣٥ n. 1, p. ٣٣٩ n. 1; II, p. ١٣٩ n. 13.

e) Vid. v. c. I, p. ٣٣٢ n. 1, et p. ٣٩٧ n. 3.

f) Sic v. c. totam sectionem الشين والكاف addidit.

g) Saepe ibi praemittit قلت; ut I, p. ٣٨٩ et seq. n. 13, et II, p. ٩٧

Scripto, vidd. F. Wustenfeld in Praefatione ad *Jacuti Moschtarik* et Scriptores ibi laudd. De illo in dictis notis sermo fit I, p. ٣ in v. البر, p. ٤ n. 7, et fortasse n. 3; porro p. ٥ n. 8, p. ٩ n. 5, p. ٨ n. 3. Praeterea his annumerentur notae, quae a قال incipiunt, ut I, p. ٧ n. 7.

2) Saepissime affertur Liber *Al-ganadi*, cujus plenum nomen est (referente H. K. III, p. 613), القاضى ابو عبد الله يوسف ابن يعقوب بهآء الدين الجندى. Perperam eum vocat Flugel (l. l. II, p. 159, et III, l. l.) *El-Jondi*, quem Dozy*us* loco mox laudando secutus est. In notis nostris Liber ejus vocatur تاريخ سلوك, في طبقات العلماء والملوك باليمن. H. K. eum nuncupat: "Annum, quo is mortuus est, non addidit, sed de ipsius aetate nos certiores reddit Cod. Leyd. n. 304 Warn., in *Cat.* Dozy*i* 868, de quo hic ibi exposuit II, p. 196 et seqq. Ibi nempe sermo est de Ābū'l-ḥasan Alī ben Al-ḥasan Al-kazragī (+ 812), Auctore Libri: "طراز اعلام الزمن, في طبقات اعيان اليمن" in quo conscribendo testatur se illum Librum Al-ganadī, quem *Praeceptorem* appellat, maximam partem esse secutum. Hic ibi vocatur: بهآء الدين ابو عبد الله محمد بن يعقوب بن يوسف الجندى. Notae, in quibus dicta Al-ganadi afferuntur, exstant I, p. ٣٤٥ n. 11, p. ٣٩٨ n. 1, p. ٤٠٨ in v. دمت, p. ٤٠٩ n. 7, p. ٤١٥ in v. دعون, p. ٤٩٧ n. 7, p. ٤٧٤ in v. الزعارع, p. ٤٩٩ n. 1, p. ٤٩٧ n. 2, p. ٥٢٠ n. 7; II, p. ١٥ n. 7; p. ٣٤ n. 3, p. ٤٢ in v. السلامة, p. ٤٤ n. 7, p. ٩٩ n. 4, p. ٧٣ n. 9 et 10, p. ٩٣ n. 12, p. ٩٩ n. 2, p. ١٠٢ n. 5, p. ١١٧ n. 7, p. ١١٨ l. 6, et p. ١٣٢ n. 2. Alii

---

n. 3, et n. ١٣٩ n. 13. Nec raro, ubi tamen ipse loquitur, ذلت omisit; ut I, p. ٣٩١ n. 6, p. ٤١١ n. 2, p. ٤١٧ n. 9, p. ٤٥٣ n. 1 et 2, p. ٤٥٤ n. 11, p. ٥١٢ n. 6; II, p. ١٩ n. 12, p. ٨٩ n. 3, p. ١٠٩ n. 8, p. ١٢٠ n. 8, p. ١٢١ n. 3 et 4, p. ١٢٢ n. 6, p. ١٣٠ n. 7. Porro vid. ad عيسى الخز.

loci praeterea ex eodem Libro sumti esse videntur; v. c. locus de باوت, خذير, التخنيم (ad quos vidd. *Addenda*), ذخر, الزربية (I, p. ٥١١ n. 6), السحى, السدا, سردد (II, p. ٣٤ n. 6), السودان et السوده (II, p. ٩٥ l. 8 et in f.), السورة (p. ٩٧ l. 2), السهولة (p. ٧٣ l. 7), شبيبل (p. ٩٣), الشعبانية (p. ١١١ n. 14), الشوافى (p. ١٣٢), et شوع (p. ١٣٣). Erravit igitur Koehler*us* in *Repert. für Bibl. u. Morgenl. Lit.* II, p. 37 statuens, glossas ex تاريخ اليمن in Cod. Oxon. allatas, quae, ut deinde videbimus, eaedem sunt, quae in Cod. Leyd. afferuntur, tribuendas esse τῷ عقيد عمارة, a Saladino, ut addit, cruci affixo.

3) In censum venit قاموس, cujus Auctorem, الفيروزبادى (+ 817, s. 1414), is qui notas scripsit (I, p. ١١ n. 3), ut Alkazragius [illegible] (Dozy *Cat.* II, p. 198 l. 9), vocat شيخنا, et (II, p. ٣٤ n. 2) المؤلّف, cujusque auctoritatem ideo magni facit (I, p. ٣٣٩ n. 1) *a*.

4) Alium *Praeceptorem* nuncupat II, p. ١٣٧ n. 4, nimirum نَفِيّ الدين الشَّعْبِيّ, cujus dicta tamen noster Librarius ibi addere neglexit. De morte ipsius Abu'l-maḥāsin in *Epitome* nihil tradidit, nec ipse aliquid de eo alibi inveni. Si الشعبى in seqq. nominibus est omissum, videndum utrum spectetur نفيّ الدين الموصلى, Al-maqrīsii (+ 845, i. e. 1441) aequalis, de quo vid. de Sacy *Chr. Ar.* I, p. 217, an potius نفيّ العاصى الدين ابو بكر بن احمد بن شُهْبَه الدمشقى الاسدى (+ 851, i. e. 1447), qui de *Šafeitis celebrioribus* scripsit, ut refert H. K. IV, p. 143 *b*.

---

a) Ex eo Libro v. c. desumta est vox حلبب, quae in Cod. Vind. deest.

b) Hujus rei ut certior fierem, Flugel*ium* et Wustenfeld*ium* consului. Ille suspicabatur per نفى الدين الشعبى intelligi ابو سعيد مفضّل بن

5) De 3° Praeceptore mentionem facit, sed verbo, in notâ de دهلى (I, p. ٣٨ et seq. n. 9), nimirum de Ibn-Ḥogro (ابن حُجْر), vivente ab anno 773-852, de quo vid. Dozy *Catal.* II, p. 192.

6) De 4° Praeceptore sermo est in voce دير عثمان, nempe de سعد, qui filius vocatur Viri, ibi dicti قاضى مصر شمس الدين الديرى الحوصى; quos ambos adhuc vixisse, quum haec nota scribebatur, formula docet عمرهما الله. *Illum* non memoravit Abū-'l-maḥāsin, mortuum fortasse post annum 865, ad quem annum hic suum Chronicon continuavit in Cod. C (vid. Praef. ad Abu'l-maḥ. I, p. 27). De *Patre* sub anno 827 haec Abu'l-maḥ. in Epitome tradit: وتوفى قاضى القضاه شمس الدين محمد ابن عبد الله بن سعد الديرى الحنفى وهو معزول فى يوم عرفه بالقدس ومولده سنه ٧٣٣. Hujus avum (+ 759) memorat Ibn-Ḥabīb in *Orientt.* II, p. 405.

Ex Scriptoribus, qui egerunt de علم الانساب, memorantur sequentes:

7) Tom. I, p. ١٩ n. 4, et p. ٣٨٣ n. 1, السُّمْعانى, de cujus nominis

---

محمد السمعى, Auctorem Libri فضائل مكه, mortuum a. 300, de quo vid. H. K. IV, p. 452 N. ٩١٣٣; quod tamen, quia ille eum, ut Al-Fīrūzabādium (+ 817), et ابن حُجْر (+ 852), سمعنا nuncupat, admitti nequit. Quia ergo Scriptor spectatur sec. 9ⁱ, ab hac parte etiam non verisimilior est Wustenfeldii opinio, indicari تقى الدين السُّبْكى (+ 756), quem Ibn Sohba in Libro طبقات الشافعيه inter Al-Fīrūzabādii Magistros enumerat, et quem العاصمى nuncupat. De eo vid. Wustenf. *die Acad. d. Arab.*, p. 37 et seqq. Taqīyo'd-dīn ille, una cum Discipulo, Al-Fīrūzabādio a. 750 iter Hierosolyma fecit. Huic autem sententiae praeter aetatem obstat quoque scriptio Cod. nostri السمعى, a quo deinde item distinguitur السبكى, de quo postea sermo erit, qui vero *filius* est illius السبكى, quem modo memoravi (conf. infra p. XI).

ıciatione vid. Veth in *Supplem.* ad Lobbo'l-lob., p. 103. ›ro ipsius loquitur Ḥ. K. I, p. 456 et 375. Titulus est: أقتباس الانوار والتماس ا. Praesertim vero ibi exponitur *iis Prophetae, et rerum primis Islāmi temporibus gesta-Traditoribus.* Vocatur Auctor: ابو محمد عبد الله بن على اللخمى الا (+ 542 s. 1147). De eo vid. Ibn Ḳallik.

citatur انساب السَّمْعانى, I, p. ٥٩ n. 6, et p. ٣٨٢ n. 2, ac e I, p. ٣٣٩ n. 1, et p. ٤٠٢ n. 6. Auctorem Ḥ. Ḳ. I, nuncupat: ابو سَعْد عبد الكريم بن محمد المَرْوَزى الشافعى ا (+ 562 s. 1166). Opus conscripsit 8 voluminum, quod in Epitomen 3 voluminum redegit, additis nonnullis, As-samānī omiserat, ابن الأثير, s. عزّ الدين ابو الحسن على بن محمد ابن الاثير ا (+ 630, s. 1232). Librum لُباب فى تهذيب الانساب (Ḥ. K. V, p. 301), vulgo dictum (Ḥ. K. I, p. 456), de quo vid. Veth in Praef. ad Lobbo'l-lis Ibno'l-Atīr in notis memoratur: I, p. ٣٧١ et p. ٤٠٩. practerea in censum venit, quem Jāqut etiam consuluit, ابـ, s. محمد بن محمد الحنبلى البغدادى (+ 629,), qui continuavit كتاب الانساب, quem conscripserat ابو الفضل محمد بن طاهر المعروف بابن الق (+ 507,). De his vid. Ḥ. Ḳ. I, p. 457, et de ابن دحية in no-ris ad v. حصن مغدة, et in v. عبس.

l denique occurrunt:

ابو عبيد البكرى, II, p. ٩٨ n. 6, ubi verba allata non unt cum textu Cod. Leyd. De eo pluribus dicendum a (p. xvi et seqq.), ubi de Cod. Vindob. sermo erit.

السَّعْدى, I, p. ١٩ et seq. n. 8, quo nomine spectari videtur ابو القاسم علىّ بن جعفر بن القَطّاع السعدى (+ 515.

s. 1121), qui, ut tradit Ḫ. K. I, p. 146, scripsit Librum: أبنية الاسماء والافعال والمصادر.

13) نشوان (بن سعيد) الحميرى اليمنى, laudatus I, p. ۱۸ n. 1, ad quem locum vidd. *Addenda*. Teste Ḫ. K. IV, p. 74 mortuus est a. 573 (1177), et scripsit Opus 18 voluminum, cui titulus: شمس العلوم فى اللغة.

14) porro memoratur I, p. ۳۳۹ n. 1 السُّبْكى (+ 771 s. 1369), de quo ibid. jam locutus sum. De ipsius طبقات الفقهاء, et طبقات الوُسْطَى, exposuit Ḫ. K. IV, p. 139 et seq., et de recensione ejus Operis, dictâ الصغير, ibid., p. 142. Abū'l-maḥāsin in Epitome ad a. 771 haec tradit: وتوفى قاضى القضاة تاج الدين عبد الوهّاب بن قاضى القضاة تقىّ الدين علىّ بن عبد الكافى السُّبْكى الشافعى بدمشق فى ذى الحجّة.

15) citatur denique I, p. ۳۴۳ n. 1 الاسْنَوى, de quo conff. ibi dicta. Loco ibi laud. Ḫ. K. IV, p. 143 tradit, eum scripsisse de Sāfeitis celebrioribus Librum, quem vocat: قلائد الفضلاء وعقود الجمان. Nomen ejus ibi scribitur جمال الدين عبد الرحيم بن حسن الاسنوى (+ 772, s. 1370), ad quem annum sequentia Abū'l-maḥās. l. l. notavit: وتوفى شيخ الشافعيّة جمال الدين ابو محمد عبد الرحيم بن الحسن بن على القرشى الاموى الاسنائى الشافعى فجاءه فى ليلة الاحد ثمان عشرين جمادى الاوّل عن سبع وستّين سنة. Pro الاموى, quod in Cod. 374 exstat, in C. 656 legitur الايوبى.

Nomine suppresso, alia multa in his notis etiam afferuntur; ut II, p. ۳۳۵ n. 1. Iis, quae ipse addit, saepissime قلت praemisit, quod tamen etiam interdum omittit. Vid. supra n. *g* p. VI.

Codex *Vindobonensis* [a], ab Arabe-Syro, ut videtur descriptus, constat 432 foll. 4°. Ex subscriptione (III, p. ٣٥٤ n. 7 jam traditâ), videmus Codicem absolutum esse a. 1168 (1754), ejusque Scriptorem Lectori persuadere voluisse, se descripsisse معجم البلدان, id est majus Jāqūti Opus, quod, quia multo amplioris, quam Liber noster, est ambitûs, Librarius, ut Lectores, ad quorum notitiam ea res facile pervenire poterat, magis in errorem duceret, addidit: وقد كتبت منه ما ظننته انه كان فى المطلوب. Alius in primo fol. Cod. Vindob. verum Libri titulum apposuit, cui tamen sequens nota est subjecta: كتاب معجم البلدان الكبير المسمى بمطالع الاطلاع على اسماء الامكنة والبقاع تاليف الشيخ الفاضل ابو الدرّ ياقوت الحموى تغمّده الله برحمته امين ☆. Hîc ergo non tantum noster Liber cum Jāqūti *Epitome* confunditur, sed titulus praeterea corrumpitur, voci مراصد, istâ مطالع substitutâ [b]. Ibi deinde memoratur praenomen Jāquti, ابو در, quod Ibn-Ḳallikān N. ٨٠٠ omittit.

Alia nota his supponitur *raptim* scripta, ideoque lectu difficillima: تملّكه بالوراثة الشرعيّة العبد الى ربّ المريّة محمد المكّى بن الطيّب المعروف المدرّس بالروضة المنوّرة عفر لهما خلال ☆ IIv. سنة. I. c. »Haereditate legitimâ hunc (Librum) possidendum accepit is, — qui indiget misericordiâ Domini creaturarum, Mohammed Mekkanus, filius At-taijibi, Lectoris Qora-

---

a) In. A. Krafft Catal.: *die Ar., Pers. u. Turk. HSS. der K. K. Or. Akad. zu Wien* 1842, hic Codex nondum est descriptus, neque alibi, ut puto.

b) Idem fecit is, qui in primo folio Cod. Leyd. haec apposuit: مراصد الاطلاع ونعوتهم البلدان, quae duo posteriora vocabula ex titulo Geographiae Abū'l-fedanae sumta sunt. Ne ergo miremur, si quando *depravatum* Libri titulum aliquis Moslimorum adducat.

»m, Professor ad Prophetae sepulcrum [a], cui utrique (Patri »et Filio) sit peccatorum venia, — labente anno 1170 (1756)."

Is, qui postea Codicem possidebat, haec eâdem paginâ adscripsit, quae vix etiam legi possunt; ملك المعمر الله عز سلطانه ..... [b] بن سعد عفى عنه, i. e. »Possessio ejus, qui Dei gratiâ »indiget ..... ben Sad, cui sit peccatorum venia."

Hic ergo Codex, Codice Leyd. licet multo recentior, summi tamen est pretii, quia multa corrigit et supplet, quae in Leyd. corrupta et omissa sunt. Quemadmodum vero ex *solo* Leyd., sic ex *solo* Vindobonensi nulla hujus Libri editio parari potuisset. Hic enim non modo *parum eleganter* scriptus est, sed *literae* etiam *minus distincte*, et tam *raptim* exaratae sunt, ut leviores ductus (ـ) saepe adderentur, qui, nisi *puncta diacritica* apposita fuissent, Lectorem facile in errorem ducere possent. Haec tamen *puncta*, quae quam saepissime desunt in L., ubi contra iidem literarum ductus accuratius significantur, diligentissime in V. notantur plerumque, adeo ut alter alterius defectum vulgo reparet, et uterque conjunctus egregium auxilium mihi praestiterit. *Tašdīd* et *Meddā* Vind. raro addit, sed *vocales* frequentius, quae hîc melius quam in Leyd. significari

---

a) الروضة, teste Burckhardto (*R. in Ar.*, p. 501 et seq., p. 512 et 518) vocatur pars Templi Medinensis meridionalis, ubi sepulcrum est Prophetae. Multi Viri docti ibi olim docebant (ibid. p. 530 et seq.) De المدرسة المحمدية ibid. (p. 531) mentio fit. De eâdem Templi parte etiam sermo est in Itinerario An-nābolosī (de quo infra dicemus), p. 21 et seq. et p. 25, et de Bibliothecâ ejus, p. 26 et seq. Ceterum notum est, الروضة vulgo dici locum extra Templa, ubi conditoris est sepulcrum, unde ea vox saepissime sensu *sepulcri* usitatur, qui usus in linguâ Persicâ praesertim est frequens; vid. Quatremère *Hist. des Mong.*, p. CLXIX.

b) Videtur exstare برسك

solent. Hae tamen tum in locorum, quae explicantur, *Nominibus*, tum in aliis, quae in *Commentariis* occurrunt, in V. non raro prorsus desunt.

Uterque Codex praeterea nonnumquam differt. Ubi *vitiose* Cod. L., V. saepe *bene* scribit; v. c. النز, in v. ابلى (I, p. ١٧ l. 1); deinde I, p. ١٩٨ n. 7, p. ٣٧١ n. 8, alibi. Interdum V. nonnulla transponit, in compendium redigit (vid. c. c. in v. المريد), ac synonyma permutat, ut فوهته, s. فوفاديه, pro معجمة باثنتين من فوقها, ubi Librarius Al-Bekrī scribendi rationi, hîc saepissime obviae, se accommodat. Frequentissimae vero sunt *omissiones*, ex oculorum errore ortae, quo Librarius ex altero ὁμοιοτελεύτῳ in alterum transit (ut in v. ابلة, ابليل), quo facto ea, quae Auctor de loco quodam notaverat, sic ad alia loca subinde transferuntur, ac falsissima ac ridicula nonnumquam docentur. Ut in v. اسمينيا, ita passim ejus rei sunt exempla. Hujusmodi errores in L. raro commissi sunt, adeo ut inde illae Cod. V. omissiones semper fere suppleri possint.

Hi Codices, in multis licet diversi, in aliis tamen ita invicem conveniunt, ut non dubites, quin uterque ex Codice *ejusdem familiae* ortus sit.

1°) enim *eadem* uterque saepe habet *vitia*; sic v. c. in v. الابل uterque ما pro من; in v. ابرق ذى جدد, uterque جرد pro حدد; in v. أبلى, ambo يستفع, pro يستنقع, ut ibi legendum est (vidd. *Add.*). Porro in v. الجبيل post سلم pro وجبيل, in utroque exstat, وجبيل وجبيل. In utroque dein, ubi de حَوْف مصر sermo est, vulgo scribitur جوف.

2) *eadem* saepenumero *transponuntur*. Sic الاغراغ statim in iis post الافاهيد explicatur; et vid. I, p. ٨٩ n. 3, ubi in utroque Codice alia alieno loco inseruntur. Alibi Articuli, ut أروس, et بيت حسبن, in aliis Codd. olim erant omissi, in aliis vero ex margine, ubi mox additi erant, alieno loco postea textui

inserti sunt. *Horum* aliquem locis laudatis L., *illorum* quemdam V. secutus est.

3) *eadem* in iis *omittuntur*, ut الاسكندرية in v. أتكو; الزاب in v. البسكرة. Vid. porro in vocc. فرج, الفتاءة, نهر عيسى, cet. Nominis descriptio interdum in utroque deest, ut II, p. ٣٩ n. 4, ubi tamen fieri potest, ut Auctor, eamdem ignorans, aut in fontibus pessime scriptam videns, ipse eam omiserit. Saepe enim literae *punctis* carent *diacriticis* in his Codd., quia fons primarius haec in medio reliquerit. Sic v. c. judicandum est de ratione, quâ scripta sunt vocabula عوريها الخ in v. العيلبة, et de aliis locis quam plurimis.

4) *eadem* denique *ex glossis addituntur* et alieno loco subinde inseruntur, ut انشاق (I, p. ٥ n. 1).

Codicem autem, ex quo Cod. V. descriptus est, Codice ex quo L. fluxit, multo *juniorem* esse, Glossae, quibus V. abundat, aperte significant, adeo ut mireris, in diversâ utriusque aetate, utrumque adeo multa habere communia, nec magis invicem differre. Supplementa enim Codicis V. non *marginibus*, sed *textui* inserta sunt, ubi Librarius ipsa huic jam addita videbat. Omnia illa margini sui Codicis aliquando aliquis apposuerat, cui Cod. L. non erat cognitus. Nulla nempe *hujus* nota marginalis in Cod. V. reperitur.

De his Cod. V. *supplementis* ut pluribus disseramus, operae pretium est. Sunt enim quam plurima lectuque dignissima [a]. Alia ad nomina in Lexico *explicata* pertinent, ubi horum *pronunciatio*, nondum tradita, significatur pleniusve describitur, aut *descriptio loci* pluribus augetur, vel additis aliis locis, *tali* nomine nuncupatis, amplificatur. Alia exhibent nomina, a Nostro *omissa*, cujusmodi notae, in L. *interdum* obviae, in V.

---

a) Falsa tamen interdum in his tradi, dicta ad v. منازجرد et المكيفة, ostendunt.

quam *frequentissimae* sunt. In hoc Cod. nonnumquam praeterea adduntur novae *sectiones*, v. c. الهاء والصاد, et الباء والدمن, quas Auctor prorsus transierat.

Haec supplementa, *textui* Cod. V. licet inserta, ad Lexicon primitus non pertinuisse, ex multis indiciis liquet. Ne dicam de aliorum Codicum *collatione*, attendendum modo ad *repetitiones*. Sic v. c postquam nomen jam descriptum est, *eadem* fere nominis descriptio iterum sequitur interdum. Supplementa ea deinde *alieno loco* saepe inseruntur, unde vides *margini* ea primum fuisse mandata. *Dicendi* porro *ratio* a dictione nostri Auctoris vulgo differt, et Scriptores afferuntur, quos Noster non consuluit; ne alia dicam, quae satis docent, *aliunde* ea esse desumta.

Major horum supplementorum pars oriunda est ex Opere Abū-Obaid Al-Bekrii (+ 487 s. 1094), Hispani, in urbe *Niebla* nati. Opus, in iis supplementis excerptum, vocatur معجم ما استعجم, de quo Dozy*us* egit in *Catal.* II, p. 131, et in *Rech. sur l'hist. de l'Esp.* I, 109 et 282—307, ubi p. 303 et seqq. de eo Libro fit sermo, ejusque laudes jure praedicantur, et de *tribus* Codicibus hodie notis, in his de Leyd. (421 Warn.), anno 709 s. 1309 scripto, disseritur [a].

---

a) *Tres* hujus Libri Codices Dozy (*Rech* I, p. 305 et seq.) enumerat. Praeter Leyd. affert Cod. *Mediolanensem* (N. 33, 34, 35), et *Constantinensem* in Bibl. *Cid-Hammouda*. Quartus deinde fortasse innotuit ex epistolā Osiander*i* in *Z. d. d. m. G.* VIII, p. 600, servatus Cantabrigiae in Bibl. Burchhardt*iana*, cujus Catalogum, quem tamen nondum vidi, edidit Preston Cant. 1853. De Al-Bekrīo praeterea loquitur Dozy in *Script. Ar. locis de Abbad.* I, p. 94, et ad *Ibn Badr.* p. 49, Rein. in *Géogr. d'Aboulf.* I, p. cii-civ et cdlviii. Al-Bekrī*um* Hispaniam numquam reliquisse, Dozy*us* contendit *Rech.* I, p. 298, sed haec scribens, nondum viderat locos hujus Libri, qui docent *Arabiam* eum adisse, ut videtur, ad iter sacrum suscipiendum. Locos volo v. c. in notis allatos ad v. الغمال, et لبسعد. Nonnulla Wustenf. ex eo Al-Bekrī Opere edidit

Supplementa Cod. V., ex Al-Bekrīo sumta, plerumque *suppresso ipsius nomine*, et praefixâ formulâ وقال بعضهم, afferuntur [a]. Atque ea *huic* tribuenda esse, scribendi ratio jam verisimillimum, collatio vero dicti Cod.[is] Leyd.[is] indubitatum reddit [b]. Affertur autem exinde omnium maxime nominis *pronunciatio*, si haec a Nostro *omissa* est, aut ipsius verba ab Al-Bekrīi descriptione differunt. Non tamen *ubique* hae notae in V. occurrunt. A Literâ *Mīm* nempe ipsae praesertim sunt frequentes; fortasse quia ab hoc loco inde Codex, quo Glossator utebatur, lectu erat facilior, aut lacunis minus laborabat. Codicem ille suum vulgo presse sequitur, raro verba in compendium redigit, aut sua iis supponit [c]. Plerumque haec verba allata cum Cod. Al-Bekrīi Leyd. consentiunt, nec differunt ab eo, nisi in levioribus, aut scribendi vitiis. Nonnumquam tamen Glossator ea tradit, quae in Leyd. Cod. non exstant, adeo ut pleniorem recensionem fortasse interdum ob oculos habuisse videatur [d].

---

ad Reiskii *Prim. lin. Hist. Ar.*, p. 183 et seqq., p. 189, 195, 203, 207, 211, 216, 230 et seq., p. 239, 247, 248, 252, 256; et Wustenf.[i] exemplo, ex Leyd. descripto, usus est in edit. *Septem Mo'allacāt* ornandà, Fr. A. Arnold; vid. Praef. p. IX, 4 et passim. Quam varie de eodem Scriptore judicari possit, J. B. Koehler*i* in Prooem. ad *Abulf. Tab. Syr.*, p. penultim. docet judicium; *librum*, inquit, *deprehendi parvi usus plenumque nugarum* (!) cet.

a) Raro *addito nomine*, ut I, p. ۱۴ l. l.

b) V. c. اسكان pro سكون, الياء اخت الواو pro الياء المثناة من الفاء اخت الباء المثناة من فوق pro التاء المثناة التحتية; التاء المثناة الفوقية الغاف (v. c. in v. ماخلف; III, p. ٥٩ in notis l. 2). Praeterea, ut designet, eamdem literam varie pronunciari, ut in v. موازج, addit Al-Bekrīi etiam more معا, alia.

c) V. c. in v. الشاهجان مرو. Alibi, ut in v. كرنبا *aliena*, oculorum errore deceptus, affert.

d) Loci sunt sequentes: المعاريب, معرض, مشغر العنود, مُشان, الهاجرة, هيشمان, يكلمى et يلملم. Fieri tamen

Ibique non *unum* aut *plura* verba, sed *Articuli* etiam integri subinde adduntur, nec raro Cod. Leyd. emendatur [a], quare futurum Al-Bekrīi Editorem haec supplementa negligere non oportet [b].

Ad ea, quae ex Al-Bekrīo afferuntur, ea etiam referenda sunt, quae in notis Cod. V. citantur *Abū-Beqrī*i auctoritate. Hujusmodi verba nempe ex Al-Bekrīi Libro adducuntur, ubi eum Auctorem adducit. Plenum ipsius nomen est, ابو بكر الخطيب احمد بن على البغدادى (+ 463 s. 1070), Scriptoris Libri تاريخ بغداد, qui describitur apud H. K. II, p. 119. Hujus verba, aliquoties obvia in Al-Mostarik et nostro Lexico, apud Al-Bekrīum vero frequentissima, in notis Cod. V. occurrunt in v. الوذمل, الوذفة, et passim antea.

2) Praeter Al-Bekrīum Glossator ille etiam consuluit معجم البلدان, s. majus Jāqūti Opus. Vid. v. c. ad v. طهران. Inde porro addiderit ea, quae I, p. ٣-٥, ٩, ١٤, ٢٥, ٣٩, ٤١, ٤٣ cet.

---

potest, ut haec aliaque ex alio Al-Bekrīi Opere, المسالك والممالك, aliove Libro orunda, et Codici cuidam Operis معجم ما استعجم addita fuerint; illo nempe Al-Bekrīi Libro reverà Glossatorem usum esse, ex nullo indicio apparet. De eo vid. Dozy *Rech.* l. l. I, p. 299 et seqq., unde novimus, Al-Bekrīum in hoc Libro tum de aliis terris quam plurimis, tum de *Arabiâ* etiam exposuisse.

a) V. c. vid. ad v. معاهى, et passim.

b) In Cod. Al-Bekrīi Leyd. nonnumquam idem locus bis memoratur, ita tamen ut commentarius paululum differat; v. c. in v. الهوبر. Hoc autem Al-Bekrīi Opus cum Lexico nostro conferens, animadverti: 1) haud pauca locorum nomina illic explicari, quae in hoc desiderantur; 2) alia prorsus in iisdem vocibus in utroque Libro saepe tradi; 3) Poetarum versûs in Lexico nostro formulâ فى الشعر, aut simili, indicatos, ab Al-Bekrīo vulgo insertos esse. Ceterum in Glossis, ex Al-Bekrīo in Cod. V. allatis, saepe citatur محمد. Designatur محمد بن يوسف الفيروانى, de quo vid. *Not. et Extr.* XII, p. 446 et 608, et كتاب الاستبصار, p. ٩١ l. 2 a f.

uncinis inclusi. Similiter ex Jāqūto sumta sint, *a*) quae *Naçrī* auctoritate afferuntur, ut I, p. ٧, in v. الاس, II, p. ١٩٢ n. 2, p. ١٩٣ in v. ضَبَب, p. ٢١٣ in v. طوى ac n. 3; et alia fortasse, v. g. quae V. solus adducit in vocc. النقرة, نقم cet. Hunc nimirum Jāqut etiam consuluit, ac saepissime in Al-Mostariko citavit. Plenum ejus nomen est نصر بن عبد الرحمان الاسكندرى (vid. Wustenf. in Ind. ad Al-Most. p. ٣٧٥).

Iis porro, quae ex Jāqūto in illis notis afferuntur, ea accenseantur, quae ex aliis traduntur Auctoribus, quos consuluit Jāqūt. In his *b*) fuit *Al-wāqidī*, ut in v. النقع; et *c*) *As-Sakūnī*, cujus plenum nomen est ابو عبيد الله السكونى, qui passim in Al-Mostariko, Al-Bekrio, et in hoc Lexico in اذنة, et in notis Cod. V. in v. ذرى adducitur; *d*) القاضى اسماعيل, ut in v. ابه, qui in Al-Most., p. ١٣ vocatur ابو نصر اسماعيل بن حمّاد.

3) Alia Glossator affert ex Qāmūso, ut in v. ذريعة, صبيعة, (vocem nempe كالجهينة), الضجيع. In v. الزيت (vid. I, p. ٥٣٥ n. 2) verba leguntur, apud Al-Bekrium non obvia, sed quae *partim* in Qām. Calc. exstant. Ibi ergo Noster ex fonte petiit, unde ea in Qām. compendiose translata sint. Haec ergo, ut alia nonnulla, v. c. dicta de المشعار, مكيس, et nonnulla ad v. وطيح, ex Libro desumta sint, cujus Auctor huc usque latet.

Codicem Cantabrigiensem, ut *Oxoniensem*, ipse non vidi. Illum primum novi ex Libro *The travels of Ibn Batuta*, quem anno 1829 Cl. Lee edidit, ubi in praefatione p. xv de eo loquitur, et passim in notis (p. 3, 6, 38, 45, 47, 53, 58, 61, 62, 63, 77, 87, 92 et 96) nonnullos locos sive *integros*, s. *partim* inde descriptos, unà cum aliis ex Abū'l-fedā, Al-Idrīsīo, Al-Harawīo (sec.ı 13ı Scriptore) excerptis, tradit.

Hunc Codicem, ut Oxoniensem in difficilioribus dubiisve locis

tantum, nec ab initio inde consulere potui. Illius nempe collatio a voce فيروزان demum *notis* textui suppositis, reliqua vero collationis pars tum hujus tum Cod. Oxoniensis, *Addendis* inserta est. Locorum collationem ex Cod. Cant., et quae de eo hîc traditurus sum, Vir doct. Th. Preston benevole mecum communicavit.

Scriptus est *Cantabrigiensis* a. H. 1160 s. 1747, et in Bibl. Cantabr. allatus a celeberrimo J. L. Burckhardto, qui eum in Aegypto emit. Cum aliis trecentis ab eodem ex oriente translatis, hunc Codicem descripsit Doct. Preston in *Catalogo Bibl. Burckhardtianae, cum appendice librorum aliorum Orientalium in Bibl. Acad. Cantabr. asservatorum*, Cant. 1853 [a].

Multa hic Codex cum reliquis Libri nostri Codicibus communia habet, sive *vitia* attendis [b], sive *omissiones* [c], sive *lacunas* [d]. Rarius cum solo O. convenit [e], multo vero saepius cum V., quocum illi eadem fere necessitudo intercedit, atque Cod.[i] Leyd.[i] cum Oxoniensi, quae cernitur tum in *melioribus* lectionibus et *corruptis* [f],

---

a) De hac Bibl. vid. Osiander in *Z. d. d. m. M.* VIII, p. 600.

b) Vid. consensus cum L. et V. in vocc. رومية, ربع, سبة in n. 5, نزوة, cet.; et cum O. et L. in v. الحجر n. 7, et خلال n. 5.

c) Sic deest تياجن, et الجبيرية, in C. O. et V., et sectio الشين والكاف in C., L. et V.

d) In C., L., O. et V. in v. بملان, et in C., L. et V. in v. سماطة, نهر, الفتاءة, كنكر, كنسروان, كسكر, قرج, العتيق, ضعاضع, هبزتان, عيسى.

e) Ut in v. البطيحة n. 2, et in v. خذارق n. 5.

f) Vid. in vocc. اجبال صبح n. 2, الاخلفة n. 7, اسكبون (V. et C. حارة), اشتر (uterque ليشير), الاكوام n. 4, الانكبردة n. 1, باغ n. 4, بذخشان (uterque البست), البطحاء n. 9, بنتا هيدة n. 5, بيسان n. 8; porro in vocc. بيصتان, تامركيدا, تبالة, الثلبغ, خلاد, زربة n. 3, السليت, cet.

tum etiam in verbis *imprudenter omissis* [a], in *hiatibus significatis* [b], atque *glossis* [c] additis, adeo ut credibile sit, duos Codices, ex quibus C. et V. descripti sint, ex eodem fonte esse oriundos. Minime vero statui potest C. et V. ex eodem exemplo sumtos esse; tali enim opinioni obstant in primis innumeri loci, aliunde et ex Al-Bekrīo praesertim allati, et *textui* Cod. V. inserti, in Cant. vero non recepti [d].

Codex ceterum, licet saepenumero multa desideranda relinquat [e], interdum reliquis est consummatior, tum *Taśdīdo* et *Hamzā*te addendis, tum maxime *punctis literarum diacriticis* et *vocalibus* notandis. In v. v. c. افلوغونيا C. solus وريمان scripsit, ubi reliqui وردمان; et vid. v. ام غرس et قرة, ubi reliqui قرة exhibent; et quamvis integrae voces ibidem aliquando omittuntur [f], in reliquis Codd. obviae, non iis tamen laborat, quibus Cod. Vind., *omissionibus*, per Librarii incuriam ob ὁμοιοτέλευτα ibi commissis [g]; quin nonnumquam ea addit, quae in ceteris Codd. desiderantur [h], nec raro *lectiones* exhibet sane *egregias* [i].

---

a) In C. et V. v. c. deest in v. بارق, ماوصا, quod in L. et O. exstat. Dein vid. الحمرانية ad n. 7.

b) V. c. in v. الرسيع.

c) Verba v. c. حزن ضد سهل in v. حزن.

d) Lectionis varietas, ut in v. الاشقيان, ubi Cant. pro يخرز به يكمنغان (ut in V.), legit يكشغان طرغان يخرز به, Librariis tribui potest.

e) Vid. v. g. in v. بهقباذ, كرج, معبر, مغز, cet.

f) Ut الية, تاجيب, الترجمانية, تغلم, سلمى, الشبعان, شلاذنجرد, et هوة بن مرضاف.

g) Perpauca hujus negligentiae offendi exempla, ut in v. رندورد.

h) Vid. in v. يراحم, et فطيعة النصارى n. 10.

i) Ut بكسرائل in v., ubi ceteri Codd. بكزرائل, فرية pro ضرية in v. بيت

Notae denique marginales sunt frequentes, et maximam partem loca describunt ab Auctore nostro omissa. Has vero Doct. PRESTON non describendas judicavit, quippe quae ipsi videbantur perpauca exhibere, quae aliunde pariter nondum innotuerant. Has autem, in multis certo differre a notis Codicis Leyd. exinde efficio, quod quae hîc leguntur, saepe in Cant. non reperiuntur [a].

Codex *Oxoniensis*, olim POCOCKEI n. 198, in J. URII *Bibl. Bodlej. Codd. MSS. OO. Catalogo* I, p. 197, n. 909, sic describitur: »Codex bombycinus, nitide, non annotato anno, exscriptus, foliis 420 constans." Codicem deinde descripsit A. NICOLL in *Cat. Codd. MSS. OO. Bibl. Bodlej.* II, p. 228 n. 260, unde novimus eum constare 583 paginis. Ibi porro ex hoc Codice describitur pars *Praefationis*, quae in nostrâ editione exstat I, p. ٢ a verbis وقد كتبت, ad بسميته, p. ٣ l. 5. Hoc Codice ipse POCOCKEUS usus est in notis ad *Spec. Hist. Arab.*, v. c. p. 33, 35, 347 et passim. Postea J. GAGNIER, aliique hunc in suos usus converterunt.

Quae ex hoc Codice adduxi, Triumvirorum debeo benevolentiae, Doct.° G. A. GREENHILL, Doct.° MAX. ENGER, et Cl.° WRIGHT. Lectionis varietatem tum hujus, tum Cantabr. Codicis, quae memoratu digna erat, in *Addendis* memoravi, ubi ipsam in notis textui suppositis, notare nondum potueram.

Quae URIUS de anni, quo Codex scriptus sit, omissione observat, confirmantur hac subscriptione ad calcem Libri positâ.

قارط; porro vidd. *Add.* ad الحجوز, المغر, تمييمندان, حزن (ubi الحزم pro الحزة); dein vid. in v. الحساء, حنا ذى الشرى, الخلصة, نهر شيلى, (وانشاز) الستار, (بيشة) الخيمات, (عتبة — تبالة), (فرخزاد), cet.

a) Notae v. c. Cod. L. adscriptae vocibus الدلال, الدارون, الوسة, دهلى, سرطة, دمت, in Cant. desunt.

ubi similis error obvius est, quem supra (p. XII) perstrinximus: وهذا اخر كتاب معجم البلدان وهو حسبى وكفى تمّ.

Majoris sunt momenti *duae* in primo folio notae, quarum prior [a] his continetur verbis: وما كتب فى حواشى ذلك الكتاب فهو كلام ابن شحنة [b]. Qui hîc affertur, idem est, qui ab HERBELOT*IO priore* loco memoratur, filius nempe Auctoris tum aliorum Librorum, tum etiam Historiae روض المناظر, quam HERBEL. saepe in suos usus convertit, et H. K. descripsit III, p. 491 et seq., in quem Librum *Filius* commentarium scripsit, titulo نزهة النواظر فى روضة المناظر, et supplementum, dictum: اقتطاف الازاهر فى ذيل روضة المناظر. Pater a. 815 (1412), Filius a. 890 i. e. 1485 (sec. HERBELOT. a. 883, s. 1478), moriebatur. De *Patre* idem tradit Abu'l-mah. in Epitome, sub a. 815 haec habens: وتوفى قاضى القضاه الحنفى بحلب محبّ (l. زين) الدين محمد ابن الشحنة فى ربيع الاخر; idque verum esse dictis H. K. l. l. insuper confirmatur, monentis illud Chronicon non ultra a. 806 (1403) procederc. — Uterque eodem nomine ابن الشحنة inclaruit. Pater ab H. K. l. l. vocatur زين قاضى القضاة الدين محمد بن محمد الشهير بابن الشحنة الحلبى الحنفى; Filius محمد محبّ الدين القاضى, insuper praenomen gerens ابو الفضل. *Hunc* in notâ Cod. Ox. intelligi, non *Patrem*, collatio notarum marginalium Codicum Leydensis et Oxoniensis docet. Pater scilicet de aequali Firuzabādio (+ 817), aut de coaevo juniore Ibn Hogro (+ 852) loqui non poterat, tamquam de *suo Magistro* (شيخنا et المؤلّف). Quod statuens, fateor tamen, sumendum esse, *Filium* aetatem attigisse valde provectam. Codex

---

a) Alteram notam infra tradam, ubi de *Auctore* hujus Lexici loquar.

b) Perperam scripsi شحنة in Praef. ad primum fasciculum, p. X.

Libri نزهة الخواطر servatur in Bibl. Goth. N. 344, et excerptum, quod de *Halebi* urbe agit, in Bibl. Leyd. N. 1444 et 1593 (vid. Dozy *Cat.* II, p. 176 et seq.). Alio etiam Libro ejusdem, درّ المنتخب فى تاريخ حلب, von Kremer usus est in *Beitrage zur Geographie des nordlichen Syriens* (in *Denkschriften der phil.-hist. Cl. d. kais. Acad. d. Wissensch.* III, (Wien 1852), ac de eo insuper egit in *Sitz.-ber.* 1850 Apr.-Mai, p. 215 et seqq.

Quae in Cod. Leyd. exstant notae marginales, maximam partem etiam in Cod. Oxon. leguntur, ibique eâdem manu adscriptae sunt, quae notam modo allatam (وما كتب الخ) apposuit. Inde ergo certo novimus notas Codicis Oxon. ex Leydensi desumi non potuisse. Hic enim (a. 1589 vid. supra p. II) diu post mortem Ibno'*s*-Ṣiḥnae (1485) scriptus est. Ac reverâ animadvertimus has notas, ceterum *presse* interdum convenientes, ut in v. الدلال et دهلى, in Ox. tamen emendatius et plenius (ut in v. دمت) adduci, dum Glossator Cod.[18] Leyd.[18] ipsas festinantius descripsit. Sic porro explicatur, cur *nota marg.* in Cod. Oxon. ad v. شمونت, in L. *textui* inserta sit.

Si ergo tuto statuere possumus, notas Cod.[18] Ox[18] non ex Leyd.[1] sumtas esse, non tamen sumere licet ipsas immediate ex ipso Oxon.[1] in Leyd.[em] esse translatas, sed ex alio Codice, qui eas ex Oxon.[1] mutuatus esset. Ita judicandum esse, et nonnullae notae, in Oxon.[1] obviae, sed in Leyd.[1] *omissae*, et *universi Cod.[is] Oxon.[is]* ratio suadere videntur.

1) Omittitur v. c. in Cod. Leyd.[1] nota, in Cod. Oxon. voci حمص apposita, Ibno'*s*-Ṣiḥnae sine dubio pariter tribuenda. Praeterea in L. desiderantur notae aliae, de quibus loquitur D. J. B. Koehler in *Repert. fur Bibl. und Morgenl. Literat.* II, p. 38, quae nomen gerunt سپاهى زاده, qui quis fuerit, explorare non potui *a*.

---

a) Alias notas paucas, (quae tamen hîc in censum non veniunt), sine

In Leyd.[1] contra notae habentur, in Oxon.[1] non obviae. Nota v. c. sumta ex Qām. I, p. ٣١٩; sectio deinde الشين والكاف, et nota, quae a Turcâ Cod.[i] Leyd.[1] adscripta est de مغنيسيا.

Ne quis vero dicat, *illas* a Librario Cod.[19] L. per negligentiam omissas, et *has*, quod lubenter concedo, ex Codice ab Oxon.[1] diverso, Leyd.[1] additas esse, *universi* Cod.[19] *Oxon.*[is] *rationem* contemplemur, ut sic simul, quaestione de *notis* deinde sepositâ, necessitudinem melius cognoscamus, quae *textui* Cod.[19] Leyd.[19] cum *textu* Oxon.[19] et reliquorum Codicum intercedat.

Textu ergo utriusque Codicis collato, animadvertimus, utrumque *ex communi* quidem *fonte* fluxisse, non vero Leyd.[em] ex Oxon.[1]. Utriusque tum *consensus*, tum *dissensus* id ostendunt.

Mirus ille *consensus* apparet non modo ex *nominibus passim descriptis* (v. c. الاسواط, الاشفيان, بربر, بربت فارط, ترع عوز, الخ, صبح, اجبال, أُحُد, ارل), sed etiam ex *iisdem vocabulis*, ac *sententiis omissis* (ut in vocc. الخ, براحم, يحبس, واهم, دربند), tum etiam ex *lacunarum* conditione. Hae enim ubi in Oxon.[1] occurrunt, nec *spatio vacuo* indicantur, Leyd.[19] hiatum ne curans quidem, scribere pergit, ac si nihil desideretur; vidd. modo voces الوسيع, ربغ, سبة. Ubi autem a Cod.[c] Oxon.[1] discedit Leyd.[19], hoc saepissime Librariorum tribuendum est socordiae; ut بلاد in v. بغراس pro البلاد, بكرادل pro بسكرائل, alia.

Dissensus utriusque Codicis 1) quam maxime apparet ex punctis literarum diacriticis *omissis*, quo vitio multo minus laborat Leyd.[19] (licet etiam hac in re negligentior, quam Vind.[15]), at quam gravissime Oxon.[is], adeo ut conjiciendo quidem vera lectio inde (ut, in عن دبلد, I, p. ٣٩١ l. 2 a f.) effici interdum possit, sed ideo tamen hic Codex auxilium afferat plerumque parum efficax ad reliquorum Codicum vitia corrigenda. Haec

---

dubio addidit Pococke*us*, ut Enger*us* affirmat, qui has cum *Lexico* Rapheling*ii* contulit, quod Pococke*i* annotatione refertum est.

d

ergo puncta, ubi *in* Oxon.[1] desiderantur, Leyd.[1s] ex Cod. sumsit ab Oxon.[1] diverso.

2) In Oxon.[1] deinde desunt subinde *voces universae*, quae in L. exstant, ut جهار, السوج, الضربعة, aut *vocabula* quaedam in locorum descriptione obvia, quae in Cant.[1] et Vindob.[1] habentur, ut in زم, السود, يفغان, cet., ubi L. hos presse sequitur, aut cum his quodammodo facit.

Quatuor autem Codicibus inter se collatis, ponendum esse videtur, nullum ex Auctoris autographo sumtum esse, omnes vero ad unam eamdemque familiam pertinere, sed Cantabr.[em] et Vindob.[em], licet ipsos juniores, ex *antiquiore* fonte quam ex quo prodierunt Leyd.[1s] et Oxon.[1s], oriundos esse, quare lacunae in *illis* saepe *indicentur*, quae in O. et L. non *amplius curantur*. Necessitudo deinde, ut arcta est inter C. et V., ita manifesta est inter O. et L., at talis, qualem in Codicibus exspectare licet, qui non ex eodem exemplo descripti sunt. Verbo ut dicam, Leyd.[1s] recensionem sequitur *mediam* veluti inter C. et V. ab unâ, et O. ab alterâ parte, ita tamen, ut *huic* plerumque propius accedat.

Ubi vero *omnes* Codices *iisdem lacunis* laborant, ut in v. ربغ, صعاضع, العنيف, العروب, عسطنطينيه, كسكر, كمسروان, كنكر, cet., probabile est, ipsum Auctorem, ob Codicis sui Jāqūt*iani* defectum, spatium ibi reliquisse; et, ubi *idem omnes vitium* committunt, ut in v. تيمار, pro quo تيماو scribunt, id ejusdem Codicis conditioni, et Auctoris, vitium non animadvertentis, acrisiae tribuendum esse.

§. 2. De libro مراصد الاطلاع.

Hunc Librum ex Jāqūt*i* معجم البلدان maximam partem desumtum esse, Auctor in Praefatione ipse testatur. Permagni pretii esse illud Jāqūt*ianum* Opus, quisque animadvertit, qui immensam rerum gravissimarum copiam, quam complectitur,

attendit, et Libros cogitat innumeros [a], quos huic conscribendo evolvit, et in quibus haud pauci fuerunt antiquissimi, hodieque non amplius superstites, ac tandem multa longaque itinera considerat, ad locorum conditionem accuratius describendam ab eo suscepta.

Jāquto vivente, pristinum Literarum studium, novis splendidisque monumentis condendis insigne, jamdudum quidem defloruerat, et Veterum Scriptis compilandis in dies magis tunc vulgo constabat; sed ista rerum conversio hanc saltem utilitatem afferebat, quod Scripta antiqua, temporum injuriâ nunc perdita, *partim* ita servabantur. Magno ejus generis Librorum apparatu Bibliothecae, quas Jāqūt adiit, adhuc erant instructae. In ipsius aetatem demum incidunt funestae M[illegible] invasiones, quae gravissimam cladem Literis intulerunt.

Non tamen satis habebat Jāqut, si Veterum Scripta modo [illegible], et in compendium redacta repetivisset. Graecus natione, prae Moslimorum plerisque ingenio praeditus erat bene exculto. Fontes nimirum adducit, judicio adhibito prudenter iis utitur, in fidem Libris universis habendam inquirit, dicta singula perpendit, dubia revelat, falsa emendat, omissa supplet. Insignem ergo inter principes Geographos locum tenet.

Anno 574 s. 575 (1178-80), ut vulgo statuunt, Ḥamātae [b] natus, puer B[illegible] in captivitatem abductus est, ubi a Mercatore emtus, in ipsius gratiam plus semel in insulam

---

a) Vid. Fraehn *Ibn Foszlan*, p. xliv, et apud Nostrum III, p. ٨٥ n. 6 ad v. مرو الشاهجان.

b) Cognomen الحَمَوِي gessit ab *hero*, ex حماة oriundo. Hanc tamen urbem et حمص, ut ex dictis de his urbibus et locis vicinis novimus, bene cognoscebat. Ex posteriore voce videmus, quam cara ipsi etiam fuerint sanctorum ac celebrium Virorum sepulcra, quorum visitandorum studio tum Christiani et Judaei, tum etiam Moslimi adeo ferebantur. Sufficit Librum in memoriam revocasse *de vitâ et morte Prophetarum*, quem edidit Hamakerus, *Itinerarium* Benjaminis Tudelensis, alia.

Qīs [a] profectus est, in Sinu Persico sitam, unde *Omān*em tendebat, et in *Syriam* redibat [b]. A. 613 (1216) versabatur *Damasci* [c], deinde *Ḥalebi* [d] et *Mauçil*ae [e]; a. 617 (1220) *Irbil*ae [f], unde in *Korāsān*em abiit. Ibi aliquamdiu versabatur in urbe *Marw* [g], postea in urbe *Nasā*, deinde in tractu *Kowārezm*iae, quem a. 617 reliquit, iterum *Mauçil*am abiens, unde *Sangar*em se contulit, ac tandem *Ḥalebum* rediit, ubi a. 626 (1229) mortuus est.

Haec itinera perpendentes, non miramur *Kuzistan*em [h], *Korāsān*em, *Syriam*, *Mesopotamiam* [i], et in primis *Al-ʿirāqam* [k],

---

a) Vid. in v. قيس et كيس; ac praeterea in vocc. بحر فارس, جاسك, خارك, دورستان, عبادان, cet. De عُمان passim fit mentio. De Bagdāde, et locis circumjacentibus, Jāqūto notissimis, conf. استان, اسكاف, اوانا, باب الحجارة, باب الخاصة, بادوريا, دار البطيخ, دار الخيل, دار دينار, cet.

b) Meccam etiam adiit; vid. v. c. in v. الاماحل. De Arabiâ universe in v. ثلاث, coll. Al-Mosť. p. ٨٩ l. 3.

c) Vidd. in vocc. بردى, برزه, حارة, راهط, عذراء, العُقاب, فاسيون, القُصَيْر, ne loquar de pagis innumeris, sitis in الغوطة, quos passim memorat.

d) Vidd. كفرنبوا, قويق, حَوّار, بطْلياس, بُراعة, اربل, الاحصّ cet.

e) Conf. الحديثة, خلّبْتا, الشوس, العَقْر, العمرانيّة, مرج الموصل, نخلا, نينوى, cet.

f) Vid. in v. اربل.

g) Conff. مرو الروذ, مرو الشاهجان, نسا, خوارزم, الخُرْجانيّة, cet.

h) Vid. v. c. حصن مهدى, رامشهرستان.

i) Conff. v. c. راس عين, الرقّة, cet.

k) V. c. vid. in v. خُلْوان, خانقين, cet.

ipsi bene notas fuisse ; minus accurate de *Persiâ* saepe exponit, de *Arabiae* parte, quam non vidit [a] et de *Palaestinâ*. Hujus terrae pauca loca afferuntur, et de iis tantum, quorum nomen celebratum erat, ut الاردن , عكة , نهر ابن فطرس , multis quidem agit, sed *aliorum* verbis, quorum auctoritatem, ubi male scribunt, sequens, nonnumquam ipse fallitur [b]. De *Jemane*, *Armeniâ*, *Indiâ*, *Aegypto*, *Al-maghrebo*, *Hispaniâ* disserens, totus ab aequalium testimoniis Librisque scriptis pendet. Illos ut diligenter consulebat [c], ita Libris non sine judicio utebatur. Aliorum errores v. c. saepe refutat (uti in vocc. ام جعفر, وطبعة, نغر, cet.), et, ubi res ipsi non liquet, horum dicta tantum adducit (ut in v. اسكندرونه), sive dubitationem, ديل inserendo (ut in v. بازكل, et passim), satis manifesto declarat.

Hoc Jāquti Opere sine dubio multa continentur, quae in plerisque Moslimorum Scriptis frustra quaeras. Res in primis cogito, quae *Christianorum* in Oriente medio aevo conditionem spectant [d]. Jāqūt nimirum *puer* quidem Islāmum amplexus erat, et postea non sine ardore profitebatur, sed *Graecus* erat origine, et *Christianus* natus. Fieri ergo aliter non poterat, quin, si cum Christianis versaretur, quod in perpe-

---

a) Ex multis affero الاحدب , نبيع , cet.

b) Male v. c. situm describit loci جيمون ; et de monte كريزيم , ut *ordo Alphabeticus* ostendit, loquitur, pro كريزيم.

c) Vid. v. c. in v. قالوص.

d) Hanc quaestionem illustrant tum Wüstenfeldii *Macrizi's Gesch. d. Copten*, tum Belin *Fetoua relatif à la condition des Zimmis, et particulièrement des Chrétiens en pays musulmans depuis l'établissement de l'Islamisme jusqu'au milieu du 8e siècle de l'Hégire*, in *J. A.* 1851 Nov.-Décb. ; tum etiam Quatrem. *Rech. sur l'Égypte*, p. 9 et seqq., p. 145 et seqq., p. 173 et seqq., p. 195, 218 et seqq., et *Mém. sur l'Ég.* II, p. 220 et seqq., p. 499, cet.

tuis fere itineribus saepe sine dubio evenit, horum Libros, statum et res gestas diligenter attenderet. Huic rei certo debemus repetitam *Legis Mosaicae* mentionem [a], quam tamen, *Hebraicarum* Literarum non peritus [b], ex *versione Arabicâ* tantum noverat, et longam illam *Monasteriorum* (I, p. ۴۲۱ ad ۴۴۳) descriptionem, quâ animadversiones continentur, rebus Christianorum explicandis utilissimae.

De hujus Operis *Codicibus* supra locuti sumus. De *universo* deinde Jāqūti *Opere* quodammodo judicari licet, ex Golii excerptis ex Cod. Leyd., hodie Oxon., quae Notis ad *Alfraganum* passim inseruit [c]. Eumdem Codicem deinde in suos usus convertit, et nonnumquam in *Notis*, sed in primis in *Addendis* ad *Abulfedae Tabulam Syriae*, locos ex illo nonnullos excerpsit Joh. Bernh. Koehler [d]. Praesertim vero hoc consilio conferantur loci, ab Amario nuper in *Bibl. Sic.* editi, et Articuli integri, quos Fraehn ex Codice Jāqūti Petropolitano descripsit [e], voces puto بُلْغار, بَاشْغُرْد, بَلَنْجَر, خزر, روس, سمندر, ورعاجن, وبسو, de quibus suo loco

---

a) V. c. in v. ساعير, كفرنبوا cet. In primis conf. v. غاران, ubi Jāqūt verba *Deut.* XXXIII, 2 ex memoriâ affert. Differunt enim ab *Arabe* Erpenii, et versione Saadiae, et magis cum Peschito conveniunt. Quia ergo Pentateuchum novit, minus turbatae sunt quam apud alios Moslimos, ipsius de rebus Judaeorum relationes. Vidd. dicta v. c. de Jaqobi filiis in v. كفرمندة et لاوى.

b) Ex dictis in v. ايليا id satis apparet.

c) Dolendum est, Golium, Jāqūto passim utentem, parcius ejus verba descripsisse. Hoc fecit tamen p. 172, ubi locus de سمرقند; p. 197 et seq., ubi l. de دنباوند; p. 255, ubi l. de عربيسيا, et p. 289 et seq., ubi l. de الكنيسة inseritur.

d) Vidd. *Addenda* huic Lexico apposita, in vocibus بساكيره, انسويدة, خناصره, تل بباشر, بلنيار, برزوية, اطاكية, et عرجموس.

e) De Operis *Introductione*, et universâ Operis ratione, vid. Fraehn *Ibn Foszl.*, p. xl et seqq.

in *Addendis* disserui, in primis attendens discrimen, quod Nostrum inter et Jāqūt*um* cernitur. Haec legenti sine dubio cuique in oculos incurret, quantopere Jāqūt*us* differat a plerisque Arabum Geographis. Hi ut leviora a gravioribus vix distinguunt, tempora confundunt, res turbant, ac rebus miris praesertim delectantur, ita ille his vulgo abstinet, res memoratu dignas vulgo tradit, tempora prudenter attendit, aliorum errores emendat, de iis, quae legit aut vidit, summo cum judicio plerumque disputat, et ubi res ipsi nondum liquet, ingenue id fatetur. Quarum rerum exempla Fraehn*ius* in primis animadvertit in vocibus سد, برغر, اتل, صين, الرومية, الروم, خوارزم, ياجوج cet. Dolendum ergo est, non plures Arabum Geographos hoc majore Opere Jāqūt*i* usos esse. Al-qazwīnī v. c. id in suos usus non convertit, neque etiam Ibn Al-wardi, aut Samso'*d*-dīn Ad-dimisqī. Abū'l-fedā utitur Al-Mostariko, et Ḥagi Ḳalifa, nostrum in Ǧihān-nūmah adhibuit مراصد الاطلاع.

Quando Jāqūt Opus majus scripserit, nondum constat. Haud veri simile est, quod Cod. Hauniensis tradit, cum hoc conscribere *incepisse* anno 625 (1227); verosimilius contra, quod affertur in Oxon., anno 621 (1224) cum id *absolvisse* (vid. Fraehn *Ibn Foszl.*, p. XL). Cum hac sententiâ saltem in concordiam redigi potest, quod Wustenf. (*Jacut's Al-Moscht.*, p. I) notavit, in *priore* hujus Epitomes editione, in v. دار القطن, annum memorari 623, et posteriorem ejusdem recensionem cum paulo ante mortem, anno 626 finivisse.

Librum enim *Al-Mostarik*, ut de locis, quae *idem* nomen gesserunt, separatim ageret, ex majori Opere ipse Auctor excerpsit. Wustenfeld*ius*, cujus indefesso labori et hujus Libri editionem debemus, ipsum etiam egregie descripsit, adeo ut nonnulla modo, quae hîc consideranda sunt, Lectoribus in memoriam revocasse sufficiat. *Duplicem* volo, quam modo dicebam, hujus Libri *recensionem*, quarum altera alteram brevi tem-

pore sequebatur, unde videmus, quam gratus et acceptus Liber aequalibus fuerit. Priorem a.' 623, Wustenfeld*io a* nuncupatam, quam Cod. Leyd.[19] exhibet, Ibn Kallikān et Al-Maqrīzī; posteriorem, sive *b*, a.' 626, quae Codice continetur Vindob.', olim Hammer*i*, Abu'l-fedā et Fīrūzabādī ob oculos habebant [a]. *Hanc*, quia priore plerumque emendatior est et passim copiosior [b], Wustenfeld, textum edens, vulgo secutus est, alterius recensionis *varietate* in notis laudatâ.

Utramque recensionem Auctor Libri مراصد الاطلاع novit, ut verba ipsius in Praef. p. ٣ l. 1 et seqq. docent, ubi de الاختصار et التغيير sermo est. Neutrâ vero usus esse videtur, dum alibi, et plerumque, cum *notis* Al-Mostarik*i* s. priore (ut III, p. ١٥٩ n. 10), alibi (ut in v. المنشية et نعام) cum *textu* facit. Hoc tamen casui tribuendum, quia suum Codicem Libri معجم البلدان, ea exhibentem, tantum sequitur, المشترك prorsus seposito, quem si in suos usus convertisset, non tantum multa recepisset, quae Jāqūt utrique ejus editioni addidit [c], sed et *nomina*, quae, ut بهنيا, in solo Al-Mostarik leguntur, et in nostro Libro desiderantur, inseruisset [d]. *Quae* autem Jāqut Al-Mostarik*o* apposuerit, post editum majus Opus demum constabit.

Al-Mostarik*um* autem conscribens, Jāqūt minus *Geographiae*

---

a) Vid. Wustenf. *Jacut's Moschtarik*, p. III et seqq.

b) In posteriore tamen 20 *Articuli*, qui in priore exstant, sunt omissi, vid. l. l. p. V.

c) Multo plura, quam noster Liber, Al-Mostarik habet in vocc. ابل, ارم, امل, ابا, ابارق, برقاء, برقة, بهنسا, الرياض, cet.

d) Qui nostrum Librum cum المشترك comparet, animadvertet alterum alterum haud raro supplere, emendare et illustrare. Ex exemplis, quae passim occurrunt, vidd. v. c. ابا, ارة, ابان, اثال, اجا, الاحساء, الاخشبان, اخميم, باجة, cet.

consulere voluisse videtur, quam *Historiae* Arabum *literariae*, quam Zamaḳsarī item in componendo كتاب الجبال maxime spectabat, et Jāqūt, ut ex solis titulis Librorum, quos conscripsit, et Ibn Ḳallik. enumerat N. ٨٠. (ed. Wustenf. p. ١.), apparet, valde amabat. Non *omma* ergo loca *homonyma* in illum Librum recepit, sed ea tantum, quae in *Carminibus* obvia, aut *rebus gestis*, et per *claros Viros*, nominis celebritatem nacta erant. Diligenter ideo Carmina tradit, Historiam saepe egregie illustrantia, quae vero in 2ª editione in compendium vulgo redacta, in priore plenius plerumque recepta sunt [a]. Nec de Poetis modo ea affert, quae aliunde nondum innotuerant, sed de aliis etiam Viris doctis passim disserit, ac de ipsorum nominibus, scriptis, vicissitudinibus, et mortis anno, multa saepe affert scitu dignissima. Haec vero hîc attigisse sufficiat; — deditâ vero operâ videndum, quomodo Noster usus sit Libro معجم البلدان.

Fateor hanc etiam quaestionem demum ab omni parte absolvi posse, si quando Opus illud juris publici factum erit, cujus noster Liber *excerptum* modo exhibet, ac saepe non nisi *index* est; ex multis tamen locis, sive jam alibi editis, sive a nobis collatis, haud pauca jam innotuerunt, quae quaestioni lucem affundunt.

Noster in Praefatione nonnulla jam ipse indicavit, quae huc pertinent. Profitetur enim se, omni de aliis rebus, a Jāqūto allatis, quaestione sepositâ, de *locis* solis, in Moslimorum Carminibus et Libris obviis, acturum esse. Auctor igitur Nominum *orthographiam* describit, et *varias* hac de re *sententias* refert. *Situm* locorum deinde significat, non tamen, ut Abū'l-fedā aliique, addendis ' ' ·· · *latitudinisque gradibus*, sed ut Al-Idrīsī v. c., notandâ locorum ab aliis locis *distantiâ*. Porro

---

a) Quem usum ea Carmina praestare possint, verbo indicavi in Introductione ad Zam. p. 8.

propositi tenax, omnia *Carmina* fere omittit. Raro ea servat, ut in v. اجبرة, الارين, دارا, سند, شرك, القارة, قبة, كنادر, معمر, كمل [a]. Ceterum versibus frigidum istud فى الشعر substituit, cui aliquando Poetae *nomen* tantum apponit. Pariter etiam abstinet a disputatione de *Viris doctis* et *Nominibus relativis* [b]: perraro saltem de *illis* loquitur, et de *his* tantum disserit, ut in v. الجدار, صول, فسروزاباد, العصر, قطيعة الدقيق, مربعة, ميانه et ميامج, si quid notatu dignum de ipsis monendum ipsi videbatur. Longiores etiam brevioresve de rebus, in locis memoratis olim gestis, notas interdum addit, ut in v. حران, الخورنق, القادسية, القسطاط, قطيعة ام جعفر, cet.; alia deinde, quae *Rem sacram*, *Historiam*, aut universam *Philologiam* spectant, v. c. *nominum formas* et *notionem*, ut in ابو خالد, اجناد الشام, التروية, cet., recepit, s. servavit. *Breviores* Articulos Noster *integros* vulgo reddit. Ubi tamen Jāqūtum sequitur, cum ipsius verbis non semper *presse* convenit, sed sensum suo modo saepe exprimit, dicta interdum transponit, constructionem subinde mutat, ac nonnulla aliquando accuratius clariusque enunciare studet, quâ in re constructiones non raro occurrere, sordidas, et *logicas* potius quam *grammaticas*, dictiones, verbo, recentioris linguae idiotismis proprias, non opus est, ut moneamus.

---

a) Si *Nostro* tribuendae sunt animadversiones, cujusmodi leguntur in v. عمران et نبرب, inde apparet, eum tamen in Poëtarum lectione versatum fuisse.

b) Luculenta exempla si velis dictarum omissionum, inspiciatur v. c. Amari *Bibl. Sic.*, p. ۱۰۵ et seqq. in v. بلرم, ترمة, جفلون, سرقوسة, سمنطار, صقلية, فارونية, لبيرى, مسيمى, ubi carmina exstant, urbes fuse describuntur, situs locorum secundum Ptolemaei definitiones astronomicas indicatur, ac multis de viris ex iis locis oriundis sermo est. Alia habes in scriptis Fraehnii supra indicatis, in v. بلغار, باشغرد, خزر, روس, in quibus subinde *paginae plures* a Nostro omittuntur.

Alibi, ubi Noster Jāqut*um* verbotenus sequitur, variâ utitur *nominum* scribendorum ratione, cui is, diversos Libros adhibens, se accommodaverat. Sic *Gazn*am Noster in v. استيا, غزنة, vulgo tamen غزنين appellat, et saepe اصبهان cum اصفهان permutat. Eadem porro vocabula diverso modo construit, ut سوق in *masc. gen.* in v. الخزّاميين, دبا, القصران; in *fem. gen.* in v. الثلثاء, سوق, المحاجز, عكاظ, مجنة, cet. Nec sibi constat in Literis Alphabeti nuncupandis, Formulas v. c. التاء المثناه permutat cum المثناة من فوق, et (ut in v. تقتد et حرة) cum الياء المثناة من تحتها نقطتان, pro المعجمة باثنتين من فوق; آخر الحروف, et (ut in v. درغينة), معجمة باثنتين من تحتها.

Codice denique utebatur, iisdem vitiis saepe laborante, quibus Oxoniensis et Petropolitanus; vidd. v. c. dicta in *Add.* ad خزز; contra, ut ex dictis ad v. وبسو (III, p. ٣٠. n. 9) videmus, Codices Jāqūtiani superstites etiam ex nostro Libro restitui et suppleri possunt.

Ubi Noster *promissis non stetit*, ut in v. بطن, الاكوار (I, p. ١٩. l. 1), زرا, ساهم, cet., videndum utri, Jāqūto an Nostro, ista · ·· ·· imputanda sit. *Nostrum* hanc ob causam reprehendendum esse, conjicias, quia hic, dum in v. روضة, aliisque similibus vocibus, singula loca memorare sibi proposuerat sub ejus vocis *complemento*, permulta transiit, quae Jāqūt, ut ex Al-Mostariko novimus, reverâ tradiderat. Ex *initio* etiam *Lexici nostri* animadvertimus, Scriptorem Auctorem suum pressius secutum esse, deinde vero ne Liber in longius crescceret, vela deinceps contraxisse, *suis*que verbis eam ob causam paulatim magis magisque uti coepisse.

Noster vero non satis habebat, si majus Jāqūti Opus in compendium redegisset, sed dicta ipsius etiam *supplere* et *emendare* sibi proposuit. Videamus quid haec agens, praestiterit.

Ipse de hoc suo consilio disertis verbis loquitur in Praefatione (I, p. ٣ l. 5 a f. et seqq.), et haec supplementa eaeque emendationes passim reverâ inveniuntur, *emendationes* vero in primis, ubi de locis fit sermo, quae in ditione Bagdādicâ sita sunt, aut quae ipse iter faciens adierat [a]. Praeter experientiam, quam ipse comparaverat, ut ait, consuluit, ea addens, *aliorum* item, qui loca bene cognita habebant, *testimonia*, quibus addere potuerat *Libros*, quorum auctoritate fretus, Jāqūti errores insuper aliquando correxit [b].

Ubi aliquid addit, diligenter id significat, ac dicta sua a Jāqūti verbis accurate distinguit. *His* vulgo praemittit قال, interdum (ut v. c. I, p. ٣٣٢ l. 2 a f.) قال المؤلّف; illis غلطت. Si ipsi constat, Jāqūtum errasse, addit وهو غَلَطٌ [c], si dubitat sive ولعلّ [d], sive واظنّ [e], sive فسّال ولا نعرفه [f], sive etiam وهذا الكلام فيه اختلال [g], لا تعرف [h], وهي غير معروفة [i], alia. Raro formulam *omittit*, cujus rei exemplum tamen est in v. مطيعة

---

a) Sequentes locos notavi, ad quos conff. dicta in *Add.*: أغمات, أنقرة, البردان, البتّ, بتا, الباذنجانية, باجسرا, باب الشام, ايوان, اوانا, بردى, بلشكر, بنها, البَنيّة, بوماريّة, البيرة, تل دحيم, تل عقرقوف, تل المَخالى, التنعيم, جدال, عقروف et عقروف.

b) V. c. النسبة in v. الجدار et مطيعة ام جعفر, ubi utitur تاريخ الخطيب.

c) V. c. in v. احامرة, انقرة, بلشكر, cet.

d) Ut in v. الاحدب, خربتا, cet.

e) In v. غشتجان, et passim.

f) Ut in v. عمّر الحبيس.

g) V. c. in v. العاطول.

h) Ut in v. دبّر

i) V. c. in v. البردان.

ام جعفر, ubi verba كانت موجودة ــ دطرّبل Noster sine dubio addidit.

Supplementa illa consideranti apparet, ut ex dictis jam sequitur, Al-Irāqam [a], in primis Bagdadem, ubi fortasse habitabat, ac tractum ejus universum ipsum bene novisse. De ejus urbis ditione loquens, et Jāqūtum emendans, simul mutatam post hujus mortem locorum conditionem multis illustrat [b]; et Jāqūtum de eâ urbe non accurate ubique disseruisse, non mirum, quia Opus suum conscripsit Halebi, diu post quam Bagdādem jam reliquerat.

Bene Noster etiam novit Al-Baqram [c], Halebum ejusque provinciam [d], praesertim Damascum et totam hujus urbis ditionem, adeo ut fere conjicias, Damasco eum oriundum esse [e]. Deinde Al-Ǧezīram [f], ibique in primis Ḥarrānem [g], ne Arabiam [h] dicam, quorsum certo iter sacrum susceperat. Majorem Palaesti-

---

a) Id jam efficias ex v. معياس, ex verbis (III, p. ١٣٦, 10): وهو الذى يسمى بالعراق الكَبْس.

b) Vidd. vocc. البتّ, بلشكر, جللتا, الجويب, حُصّا, الحصيرية, السيب, دير الغباب, دار الريحانيين, دار الرقيق, الخصيرية et شهرابان, الصراة, صريفين, طابث, عُكْبَراء, علياباذ, عمر الحبيس, نهر عيسى, نهر الرقيل, المسعودة, الفاطول, القادسية, cet.

c) Vid. v. c. احامرة (I, p. ٣٩, 5).

d) Vid. in v. بالس, بانقوسا, البيرة, حوّار, صفّين, الطيّبة, cet.

e) Conf. in v. بانياس, بردى, برزاط, برزه, السُّخْنة, قاسيون, cet.

f) Vid. in v. الرافقة, عَنْقاء, cet. De ديار بكر conf. in v. حيزان.

g) V. c. in v. دير كاذى, الشعْرى. Urbem الموصل ipse adiit (vid. in v. جُدال, الخازر), etiam معرّة النعمان (conf. in v. دير سمعان), alias.

h) Vid. *Add.* ad III, p. ٢١ l. 3 a f.

nae partem, Aegyptum, Persiam, Indiam et universum Occidentem minus bene novit, aliorumque auctoritate nitens, de iis terris disputans, cum Jāqūto non raro in graves errores incidit. Quam tenuis v. c. ipsorum, ut aliorum Moslimorum orientalium, sit notitia de Mari Mediterraneo, oris Hispaniae, Galliae, et Italiae alluente, vid. in *Add.* ad I, p. ٩٩ l. 2. Turbas in dictis de مكناسة obvias Dozy*us* [a] indicavit. Aliae passim occurrunt, v. c. in v. برعش (ubi vidd. *Add.*), et in mox dicendis.

Quibus fontibus Auctor usus sit ad Jāqūti Opus emendandum et augendum, vulgo non significavit. In v. الالاء, ubi tamen قلت non addidit, memorat ابن مكتوم (+ 749 s. 1348), de quo ad h. l. in *Add.* disserui. Hoc Scriptore ergo Jāqūt (+ 626) uti nequit, alius vero ipsi etiam erat in promptu, Ibn-Hisām*um* puto, Auctorem سيرة الرسول (+ 218), quem Noster in v. النقيرة attulit. Quae de nonnullis Siciliae locis Auctor tradidit, ex aliorum *ore* accepisse videtur. Sic non modo explicatur *brevis* de his relatio, sed etiam *vitiosa* nominum scribendi ratio, quae interdum *vulgarem* pronuntiationem spirat. Hujus generis *Articulos*, quos Jāqut transit, notavi sequentes [b]: 1) بتّينَف, contractum ex بِرْطِينَق, (vid. *Add.* ad v.); 2) بَقْدس, vitiose scriptum pro بَغْطَش (*Add.* conf.); 3) تربولة, bene exaratum; 4) طارنت (*Tarentum*); sic enim II, p. ١٩. pro طارنب sine dubio legendum, eaque non *Siciliae*, sed *Calabriae* urbs est; 5) ملاص, pro ميلاص, ut infra bene scribitur; 6) ميناو; 7) الياج et يانّه, duo castella, quorum hoc non diversum est a قصر يانه, de quo Noster cum Jāqūto suo loco egit.

---

a) In *Rech. sur l'hist. de l'Esp.* I, p. 195 n. 1, et de aliis erroribus vid. ibid. p. 305.

b) Collatis Amarii observationibus in *Bibl. Sic.* p. ١٣٧ et seqq.

Auctoris diligentia licet in his laudanda sit, haud pauca tamen in aliis desideranda reliquit. Articulos v. c. a Jāqūto insertos, omisit, ut بُرْس (vidd. *Add.* ad I, p. ۱۴۳ l. 17). In v. سيل, ubi Jāqūti dicta in compendium redigit, verbis حبس سَيْل addit تقدّم, dum apparet, coll. v. سبلان, Jāqūtum in v. سيل scripsisse: وسبل بانباء الموحدة حبس سبل. *Lacunas*, ut in v. خزوزى non supplevit. Locorum, quae explicantur *nomina corrupta*, intacta repetit; quod *ipsi*, non *Librario* tribuendum esse ex ordine Alphabetico, quo ponuntur, apparet. Sic v. c. ارباب, اندس, انكجان, الانواص, تلقم et رَبَنْجَن scribit, pro أُبْدُس, ارياب, أَبكجان, الانواص, تَلْقُم et رَبَنْجَن; de العبدة, نمروز et ممرون, perperam separatim agit, pro قَبْدة, قَمْزُور et بِمْرُون, quae suo loco attulit. Ejusdem nominis loca enumerans, cum Jāqūto non raro aut *nova* fingit, ac res mirifice confundit et perturbat (ut in v. أَدَم et locis p. XXXVIII notâ *a* indicatis), aut in eodem Articulo *eumdem* locum plus semel ut *diversum* excitat, sive, ut in vocc. تاكرونة et تاكرونى, in v. تُرْن et تِيرْنى, in طواران et طوران, in غورج et الغورة, sub *variis* nominibus, quibus *idem* locus innotuit, *diversa* loca cogitat. Alius generis errorem, in nomine تيماو pro تمار commisit, et in Poetae nomine in v. الاندرين, quem correxit Rodigerus [a], ubi pro عمرو بن ابى ربيعة, عمرو بن كلثوم reponendum.

Caute ergo hoc Lexicon adhibendum est, quo facto summos sane praestabit utilitates [b]. Deperditorum enim Librorum reliquias complectens, de locis exponit, de quibus alibi non mentio

---

a) Vid. *Z. d. d. m. G.* IV, p. 402.

b) De his etiam vid. Dozy l. l. p. 202.

fit. De aliis hîc multo plenius, quam apud ceteros Arabum Geographos disseritur, ut de الفرات et دجلة, ubi diligenter *superiorem* fluvii cursum Noster persequitur, quem Al-Içtakrī, Al-Idrīsī, Al-qazwīnī et Abū'l-fedā minus attendunt. Similiter in v. الدهناء, totam vallem Auctor accurate describit, quod eo majoris est momenti, quia haec apud Al-Bekrī*um*, ne de Al-qazwīnī*o* et Abū'l-fedā*o* loquar, desiderantur. Fusa praesertim et accuratissima ea sunt, quae de *Bagdād*e et *locis vicinis* traduntur, atque utilissima profecto ad horum locorum conditionem, non modo ante Mogolorum invasionem sec° 7°, sive Jāqūti aetate, sed etiam sec° 8°, quo Lexici nostri Auctor vixisse videtur, cognoscendam.

§. 3. De hujus libri scriptore.

Quis nostri Libri Scriptor fuerit, videndum restat; quae quaestio, quia Eruditi eâ de re nunc etiam dissentiunt, dignissima est, quae deditâ operâ tractetur.

*As-Sojūtī*um Auctorem fuisse, ut Freytag*ius* [a], Hammer*us* [b], Quatremère*us* [c] ante, aliique nuper etiam contenderunt [d], Moslimi nonnulli item olim statuerunt. Ex Glossâ hoc videmus, in Cod. D, quo Veth usus est, *Lobbo'l-lobāb*um edens, additâ capitulo البباوردى. Ut enim novimus ex *Supplem.* ad Lobbo'l-lob. p. 25, ad finem ejus capituli haec ibi addita sunt: قال فى المراصد باورد الخ, ubi verbotenus ea sequuntur, quae in nostro Libro exstant I, p. ۱۴۳. Auctori Lobbo'l-lobābi, s. As-Sojūtī*o*

---

a) Vid. *Praef. ad Selecta ex Hist. Halebi*, p. LV, et passim ibid. in notis.

b) Vid. *Wiener Jahrb.* 1840, Bd. XCII, p. 3.

c) In *Not. et Extr.* XII, p. 441.

d) In his v. c. Barbier de Meynard in *J. A.* 1854 Mars-Avril.

ea tribui non posse, ut Veth jure observat, jam inde liquet, quod hic, ubi sua ipse verba addit, semper utitur voce قلت [a].

Alii Auctorem cogitant *Cafio*'d-*dinum*, nempe ابو فضائل صفيّ الدين عبد المؤمن بن عبد الحقّ البغدادى, quem Codex *Oxoniensis*, et *Kremerianus* olim, Scriptorem nuncupant. Hoc comprobarunt Pococke*us* [b], Herbelot*us* [c], A. Schultens*ius* [d], C. d'Ohsson*us* [e], Rodiger*us* [f], Zenker*us* [g], Kremer*us* [h].

Solus, ut equidem vidi, Reinaud*ius* [i] opinatur Scriptorem esse ipsum Jāqut*um*, sed dictum Cafio'*d*-dīn*um* hanc Epitomen revisam, sec.° 15° inunte iterum edidisse.

Qui *As-Sojutium* Auctorem intelligunt, ad Hagī Kalifae potissimum, dicam an solummodo, auctoritatem provocant, cujus verba tamen ii non satis perpendisse videntur. Is nempe (V, p. 489) in v. مراصد الاطلاع, 7 prioribus verbis, a quibus praefatio incipit, allatis, sic pergit: [وهو مختصر من معاجم البلدان وللسيوطى مختصر ولم يتمّ كما فى فهرسه على ما سبأتى]. Ex his verbis igitur manifesto apparet, H. K. *duo* spectare Ope-

---

a) Si Glossator ea petit ex *Sojūtī* المراصد (de quo infra sermo erit), ibi habemus exemplum, hunc nostrum المراصد *verbotenus* h. l. descripsisse.

b) *Spec. Hist. Arab.*, p. 33, 35, 104, cet., in pr. 347

c) *Bibl. Or.* in v. *Safieddin.*

d) Sub finem praef. ad *Vitam Saladini*

e) *Des peuples du Caucase*, p. XI.

f) *Z. d. d. m. G.* IV, p. 402 et seqq.

g) Gersdorfs *Leipz. Repert.* 1850 N. XXI, p. 134 et seq.

h) *Ueber zwei arab. geogr. Werke* (in *Sitz.-ber. der phil.-hist. Classe der kais. Acad. der Wissensch.* 1850, II Bd. I Heft), p. 3 et seq. In solo Codice olim Krem. additur ابو فضائل البغدادى, et البعدادى.

i) *Géogr. d'Aboulfeda* I, p. CXXXV.

ris majoris Jāqutiani Compendia, alterum, quod Auctoris nomine omisso, primo loco adducit, alterum As-Sojutū, idque *non absolutum*, quod quia de *priore* non observat, ac nostrum *ad finem perductum* est, nihil obstat, quominus putemus *priore* nostrum Librum designari. Verba nimirum uncinis inclusa, licet in H. K.^{ae} Cod. Leyd., ut in aliis omissa, servanda esse, copula in وللسيوطى jam satis ostendit.

Locus, ad quem H. K. ibi revocat, exstat T. V, p. 625 et seqq. in v. معجم البلدان, ubi, allato nomine Auctoris ejusque المشترك واختصره جلال الدين السيوطى [ولم يتمّ, sic pergit: كما فى فهرسه] قال السيوطى [فى مختصره] الخ[a], ac porro sequitur pars praefationis a verbis وبعدُ فانّ ad النعاج, quae cum iis, quae *in nostrâ* ed. leguntur p. ١ l. 5 ad p. ٣ l. 6, in multis verbotenus convenit, hoc tamen discrimine, quod As-Sojutī, alia verba interdum cum aliis permutat, alia omittit, et permulta in compendium redigit[b].

---

a) Verba uncinis inclusa hic item desunt in Cod. Leyd., ut etiam seqq. quae in ed. Flug. p. 625 a ومختصره ad الزيادة in parenthesi ponuntur.

b) Pro فلذلك, H. K. فلا. Deinde ap. H. K desunt verba: 1) وينمو عنه السمع (sic l.); 2) فى سماعه ad تحصيله; 3) الكتاب المسمى المعضود منه. Mox H. K. pro جهته, ut n. 3 جمله; post الارض in ed. Flug. d. وموضعه, quod tamen in Cod. H. K. Leyd. exstat, et post حاجة الله Soj. ap. H. K. pergit: وخلط الحموىّ اشتغاف الاسماء وذلك علم براسه مشتمل على كتب اللغة وكذلك ما ذكر من طول البلدان الخ (vid. mea ed. p. ٢ l. 7). Desunt porro لا يصحّ ad seq. وكذلك, et post ممكن pergit Soj. ap. H. K.: فكتبت منه ممّا لا بدّ منه فى الاسماء الواردة على الاخبار والاثار وكتب المغازى فقيّدت ما اهمله وربّما زدته الخ. Pro او اصلحت ما تشبّهت, Soj. ap. H. K., واصلحت ما تشبّهت, et pro

Hanc praefationem describens, Ⅱ. K. sine dubio Codicem secutus est, As-Sojutii nomen gerentem, cujusmodi HOTTINGERUS fortasse ob oculos habebat, cui hic erat titulus: مختصر معجم (l. معجم) البلدان لياقوت تاليف السيوطى [a]. Et quid impedit, quominus statuamus, As-Sojutīum *eam* praefationem reverâ scripsisse? Haec enim, et praefatio, *a nobis* edita, ut ex universo utriusque tenore liquet, non sunt eaedem, sed scriptiones prorsus *diversae*, nec *eodem tempore exaratae*. *Plenior*em nostra editio, Ⅱ. K. *brevior*em recensionem exhibet. Haec ex illâ sine dubio fluxit; contrarium nempe statui nequit. Ac reverâ aliam in breviore manum operantem clare cernimus, *mutandis*, et praesertim *omittendis* nonnullis, studentem, ut quod *scriptum* reperiret, suis usibus accommodaret. Istiusmodi autem As-Sojūtio imputari posse, nemo sane non verisimillimum esse judicabit, qui Scripta ejus innumera cogitat, eaque attendit, quae in his ex aliorum Scriptis *verbotenus* passim desumta sunt.

Nulla praeterea causa est, quare dubitemus, As-Sojūtī et nostrum Librum *Scripta* esse *diversa*. Nam non ex solâ *praefatione* id apparet, sed etiam ex aliis indiciis. Ex repetito Ⅱ. K. dicto, As-Sojūtīum suum Librum *non absolvisse*, dum noster ad finem est perductus, id perspicue patet. Ac Liber si superesset, ex *universo* ipsius *habitu* discrimen utriusque المراصد esset conspicuum. As-Sojutī nimirum, licet Nostrum *presse* plerumque secutus sit, locos tamen haud paucos sine dubio mutavit, emendavit, supplevit, et eâdem fere ratione in eo scribendo, atque in notis Lobbo'l-lobābo addendis, versatus sit,

---

وحدته ad وحدته كذلك, او ضمّنه انفعل عن غيره, او ضمّنه كذلك [وهو خطاء]. Desunt porro in Ⅱ. K. seqq. a وعد عرفته ad القاعدة. Pergit enim وسميته ad البقاع. In Cod. Ⅱ. K. L. etiam d. وهو خطا.

a) Vid ipsius *Promptuarium*, p. 258

quem Librum conscribens, consilium mierit sui المراصد componendi. Ab eo jam exspectes, *Aegypti* Geographiam saltem melius diligentiusque, quam a Nostro pertractatam fuisse, quâ de re mox plura dicenda sunt. Alia deinde ex Jāquti معجم البلدان ibidem apposuisse videtur, quo Libro, ut H. K. (I, p. 456), et loci innumeri Lobbo'l-lobābi (vid. v. c. in v. الترفقى) testantur, ad As-samānīi et Ibno'l-Atīri errores corrigendos, ibi usus est. Dolendum ergo, As-Sojutīi المراصد, librum, ut ex dictis conjiciendum est, alicujus pretii, nondum esse repertum.

Alia denique sunt argumenta, quibus probatur, As-Sojutīum *Librum nostrum scribere non potuisse.* — Qui contendunt, *eum* Libri esse Auctorem, adducent fortasse locos permultos, in quibus de *Aegypto* sermo fit, eosque praesertim, ubi de rebus *Aegyptiacis fuse* agitur. Sed hi loci non Libri nostri Auctori, sed Jaquto tribuantur, ex cujus Opere majore sunt excerpti. De *Aegypto* Jāqut fontes consulut, multa accurate et prolixe narrantes. Nihilominus in eâ rerum Aegyptiacarum copiâ, haud pauca tamen desunt, et in his nonnulla, quae in *Lobbo'l-lobābo* (quem Librum ante ipsius المراصد conscriptum esse vidimus) sunt notata, at in nostro Libro desiderantur. — Talia nonne As-Sojūtius, si nostrum Librum scripsisset, huic inseruisset? Nonne v. c. credibile, cum de *urbe natali* اسيوط in suo Libro pluribus egisse, et *variam nominis pronunciandi rationem*, ut in Lobbo'l-lobabo, significasse, formam saltem سيوط, quam Noster neque in Literâ *Elf*, neque in Literâ *Sin* attulit, memorasse? Num porro As-Sojutī, de *Aegypto* disserens, *dubius* nonnumquam (ut in v. حسورا) haesisset, quid esset statuendum? ac *vitia* in *nominibus Aegyptiacis*, *Aegyptiorumque locorum* descriptione a Jaquto commissa, et a Nostro repetita, nonne As-Sojuti emendasset? De locis deinde extra Aegypti fines sitis is alia atque Noster non raro monet. In v. النجدار Noster Jāquti*um* emendat Soj. in Lobb. ipsa Jaquti verba re-

petit. Contra in v. ترفع Noster Jāqut*um* sequitur, Soj. in L. hunc corrigit. In v. بنسج دبه Soj. 6 pagos (qui unà juncti illud nomen gerunt) enumerat. Omnes eos Noster *item* deinceps in singulis vocibus affert, *uno* tamen pago excepto, quem Soj. vocat مدوه, Noster مرست, quod nomen Soj. prorsus transit [a]. In v. بناجيكت Noster hoc nomen scribendum esse praecipit بسماء مثناه, Soj. بناجيكت بمثلثة. Pro تاسم, ut Noster, Soj. habet التناسن. Pro جنجار, ut Noster scripsit et 'Ibno'l-Atīr (vid. *Suppl.* ad Lobbo'l-lob. p. 50), Soj. جحار, ut addit بالمهملة. In v. كركنت (*Agrigentum*) Noster recte: بلد على ساحل البحر فى جزيرة صقلية; Soj. in v.: الى الكركنتى — كركنت مدينة بالعبيرون. Causa erroris Sojuti*ani* aperta est cuique, inspicienti locum Jāqūti, allatum ab Amario in *Bibl. Sic.*, p. ۱۳۴ l. 9, ubi in v. كركنت, post صقلية confestim haec verba sequuntur: وصبيعه من ضياع سفاس الخ. Ante *haec* vocabula nimirum nomen كركود ibi est omissum, quod in nostro Lexico post صقلية proxime sequens, sic describitur: صبيعة من ضياع سفاس باتريعية. Jam intelligitur, quare in loco Jāqūti*ano* apud Amari*um* sub voce كركنت, sermo esse possit de Viro, qui vocatur الكركودى. Post سفاس ibi nimirum legimus: يمسب اليها ابو الحسن على بن محمد الكركودى, in quibus اليها non ad كركنت, sed ad omissum كركود tantum referri potest, unde ergo item videmus, Codicem Operis Jāqūti*ani*, quo utebatur Soj., hîc eodem vitio laborasse, quo Codices Anglici, quos Amari in suos usus convertit. — Sed quid plura! Ex dictis tuto statuere licet, consensum Sojūtii cum Libro nostro exinde tantum explicandum esse, non quod ille hunc Librum *conscripserit*, sed, quod, aut hunc presse se-

a) Vidd. *Add.* ad v. بسج دبه

cutus sit, aut, ubi Jāqut*um* consuluerit, utriusque Codex Jaqut*ianus* non differret. Hanc ergo ob causam, dum alii بماكث scribunt, uterque habet بماكث [a]. Ubi vero ambo differunt, id ét alias ob causas, ét ex varietate explicandum, in Jāqut*iani* Operis Codice, quem sequebantur, obviâ. Codex Sojutii v. c. pleniorem interdum textum exhibens, *lacunam*, quae c. g. in v. بملان reperitur, ideo supplet voce بمرو, quae etiam in Jaq. Petrop. exstat.

Neminem, dicta reputantem, jam offendet, Sojut*ium eumdem*, quem Noster, *titulum*, suo libro praefixisse. Qui alterius *Librum* sibi vindicat, qui *praefationem* verbotenus fere repetit, cur *titulum* intactum relinqueret! Quibus accedit, non raram consuetudinem esse in Oriente aliorum Librorum titulos similibus fere aut iisdem prorsus verbis repetendi. Duo v. c. Libri afferuntur, qui Sojutio quoque non latuisse videntur, eodem prorsus titulo, quo Liber noster, instructi. Utrumque memorat H. K. l. l. V, p. 625; alterum auctore الصّبمرى [b], de quo, ut de ipsius Epitome huc usque nihil inveni; alterum ipsius Jāquti, ut disertis verbis in Cod. B monetur, cujus supplementa, ut Rodiger l. l. jure observat, summi sunt pretii. Ibi nempe l. l. in ed. Flug. l. 3 haec leguntur: واختصره المؤلّف وسمّاه بمراصد الاطلاع على اسماء الامكنه والبقاع وقال فيه الخ. Sequitur mox pars praefationis, in quâ quia loquitur de Epitome ex Opere majore sumtâ, ubi de nominibus egerat, quae enunciatione et scripturâ conveniunt (ما اتفق من اسماء البقاع لفظًا وخطًّا), certum est, ét *Epitomen* illam ab Al-Mostariko diversam esse, ét Jāqut*um* illam post

---

a) Vidd. *Add.* ad h. l.

b) Sic statuit Rodiger in *Z. d. d. m. G.* IV, 403. Fatendum tamen istud وللصبمرى اتصا apud H. K. magis universe de *Epitome* intelligi posse, adeo ut suppleas مختصر, titulo in medio relicto

Al-Mostarikum conscripsisse: ac *priorem* hujus Libri editionem a^1 623 ibi spectari, inde sequitur, quod editio ejus *posterior* paucos menses ante illius mortem demum (a^o 626) absoluta est [a]. Compendium, eo titulo instructum, Jāqutum etiam composuisse, Rodiger l. l. confirmat, allato Rawlinsonii testimonio (*Journ. of the Lond. Geogr. Soc.* IX, p. 57) narrantis, se Codicem possidere titulo مراصد الاطلاع, in quo Jāqūt Auctorem se ipse profitetur.

Primo obtutu haec mirifice favere videntur sententiae Reinaudii, quam p. XLI memoravi, ipsum *Jāqūt*um habendum esse Lexici nostri Scriptorem, et Cafīo'd-dīnum hujus Epitomen revisam iterum edidisse. Quae tamen ad hanc sententiam confirmandam affert, ipsam non valde commendant. Ad locos hujus Lexici revocat, in quibus de *Persiâ* et *Indiâ anteriore* est sermo, »ubi se invenisse, ait, ipsa Beladoru veterumque Geographorum Arabicorum verba." Minus haec exspectari in Scripto Auctoris, saeculo 14^o [b] ineunte viventis, lubenter concedo, quia ea conveniunt potius Scriptori, cui ad Libros antiquos facilior quam recentioribus erat aditus, quique, ut de Jāqūto constat, hos diligentissime consulebat. Noster tamen, etsi aetate vivens antiquissimis Libris adhibendis minus opportunà, etiam ea *tradere* potuit. Verba nimirum refert, non quae *ipse* ex antiquis iis fontibus hausit, sed quae a Jāquto allata vidit.

Aliud argumentum, quod tamen Reinaudius non adduxit, nonnulli se deprehendisse existiment in ipsâ nostri Libri praefatione. Verba intelligo, quae leguntur I, p. ٣ l. 1-3: ولم اقبل ممه شرطه الذى شرطه ولا التزمت خطّة الذى خطّه [c] فى اختصاره وتعميره. Erunt nimirum fortasse, qui putent voce الاختصار intelligi Ja-

---

a) Vid. Wustenf. *Moscht.* p. I n. 3.

b) Reinaud l. p. XLI l. loquitur de Scriptore sec. 15^o *ineunte* vivente. Quare sic ego scripserim ex sequentibus patebit.

c) Sic cum Ox. leg.; vidd. *Add.*

qūtı مراصد الاطلاع, et voce المعجم, ipsius المشترك. Quid mihi verisimile videatur, supra p. XXXII significavi, his vocibus nempe spectari *utramque Al-Mostarikı* editionem, quam etiam, ut ibi vidimus, non in suos usus convertit, nec manibus tenuisse videtur. Non major fuerit notitia, quam sibi comparaverit Libri المراصد Jāqutıani. Librum *exstitisse* Noster quidem cognovit, nam *titulus*, quem Libro suo praeposuit, et quem a Jāquto mutuavit, id docet, cum vero hunc Librum adhibuisse, non credo, sed alios tantum de eo loquentes audivisse suspicor. Si eo usus fuisset, et *hunc* voce الاختصار designavisset, mirandum sane, *verbo* tantum eum in praefatione mentionem fecisse Libri, qui, ex Reinaudii sententiâ, *unicus* ipsius Lexici *fons* fuisset. Contra per *universam* praefationem solum معاجم البلدان Noster ob oculos habet. Et ex hoc solo Opere suum Librum Nostrum hausisse, ex locorum, qui in eo passim occurrunt, cum Codd. Operis Jāqutıani collatione, non modo liquet, sed et ex aliis nostri Scriptoris verbis, quae in eâdem praefatione exstant p. ٣ l. 12-14. Postquam multis ibi disseruit de iis, quae in dicto Jāqutı Opere improbabat, sic pergit: وبعد فسمت منه فى كتابى هذا ما لا بدّ منه ممّا يحتاج اليه فى معرفة الاسماء الواردة فى الاخبار والآثار وكتب المعازى والفتوح وغير ذلك الخ. — Quomodo denique quaeso voce الاختصار Jāqūtı المراصد intelligi possit, cujus Libri ratio eadem prorsus certo fuit, quae Libri nostri, et *ejus Epitomes* rationes *se non secuturum esse* Auctor diserte declarat! — Alium ergo Librum, et sine dubio المشترك, câ voce designari, necesse est.

Quae cum ita sint, videamus quid de sententiâ judicandum sit, *Çafīo'd-dīnum* hujus Libri esse Auctorem. Primum testimonia *externa*, ut ajunt, consideremus, deinde *interna*.

Ad illa 1) referenda sunt dicta IJ. K. l. l. V, p. 625 l. 3, ubi dictis de معاجم البلدان ex Cod. B haec adduntur: بمختصره

لصفىّ الدين عبد المؤمن. 2) Eadem tradit altera inscriptio Cod. Oxon., quam Nicoll [a] alterâ, supra p. xxiii memoratâ, *recentiorem* vocat: كتاب مراصد الاطلاع على اسماء الامكنة والبقاع تاليف الشيخ الامام صفىّ الدين عبد المؤمن بن عبد الحقّ, ubi ergo insuper additur *Patris* nomen *Abdo'l-ḥaqq*, et annus 650 (1223), quo si *nativitatis* annus spectatur, haec cum seq. testimonio in concordiam redigi possunt [b]; 3) enim in Codice Kremeriano, ut p. xli, coll. n. *b* p. xlvii, indicavi, mortuus esse dicitur a. 739 (1338), ibique eadem ceterum traduntur, apposito praeterea *praenomine* ابو فضائل, et *cognomine* البغدادى, idemque porro Professor (مدرّس) vocatur in Scholâ II ·r·l· !'·.·um Bagdadicâ, cui nomen erat بِشْرِيَّة [c].

Triplex hocce testimonium, quod ex vario fonte fluxit, et nihilominus, si *anni* discrimen dictâ ratione explices, invicem consentit, et invicem se confirmat, dignissimum est profecto, in quod deditâ operâ inquiratur.

Graviter ergo dolendum, nihil praeter supra dicta de eo Viro innotuisse. Annales enim Abū'l-fedāni, qui ultra annum 729 non procedunt, de eo in a. 650 non loquuntur. Ibn Ḥabīb in Libro دُرّة الاسلاك, cujus summa exstat in *Orientalium* Vol. II, memorat quidem a. 685 (p. 276) صفىّ الدين المراغى, a. 723

---

a) In *Catal. Codd. OO. Bibl. Bodlej.* II, p. 228.

b) Fieri tamen potest, ut *hic annus* adscriptus sit a Librario, Nostrum cum رضى الدين ابو الفضائل البغدادى confundente, cujus mortem Abū'l-maḥ. in Epitome a. 650 memorat, sed cujus nomen ibi scribitur: الحسن بن محمد بن الحسن بن حيدر القرشى العمرى الصاغانى الاصل الهندى اللهورى المولد البغدادى الخ.

c) Vid. von Kremer l. p. xli n. *h* laud. Scholam dictam Wustenf. in Diss. *die Academien der Arab.* non memoravit.

(p. 337) صفى الدين الغرافى, et a. 750 (p. 393) صفى الدين الحلّى (de quo item vid. Dozy *Catal.* I, p. 138), Nostrum vero transit. Similiter, ut hos 3 Viros, ita Nostrum quoque omisit Abū'l-maḥ., cujus *Epitomen* in dictis annis percurri.

Bene etiam vidit Reinaudius [a] hîc intelligi non posse Çafio'*d*-dīnum Abdo'l-Mūmen ben Fākir [illegible], Libris praesertim, quos de *Musicâ* scripsit, clarum, de quo Abū'l-maḥāsin exponit in المنهل الصافى. Hic enim in eâdem quidem urbe habitabat, sed differt tum *patris* nomen, tum *aetas*, quâ vixit, sec. nempe 13^{um} ad finem vergens.

Reinaudio lubenter quoque assentior, hîc, quia de Viro agitur *Bagdādico*, de *As-Sojūtio* hujus Libri *Auctore* sermonem esse non posse. Noster enim, licet *Damasco* oriundus fuerit, ut p. xxxvii ex accuratâ ipsius ét hujus urbis ét circumjacentium locorum notitiâ conjecimus, quam notitiam per diuturnam in eâ urbe commorationem comparaverit, *Bagdādo*, quam urbem et cujus ditionem universam passim accuratissime descripsit, sine dubio habitabat, et majorem vitae partem degebat, unde *iter* susceperit, quod in praefatione memorat. Nostrum etiam Librum in terrâ Irāqensi conscriptum esse, est in aprico, si verba legis p. xxxvii n. *a* allata, et dicta in v. الخليج (I, p. ٣٩٤ l. 5 et 6): قلت والخليج بمصر هى عدّة مواضع هى دلادهار بالعراق الخ. Sic non *Aegyptius* scriberet, sed tantum loqui potest Irāqensis, Irāqensibus de rebus Aegyptiacis disserens.

Minime tamen cum Viro celeberrimo consentiam, Nostrum sec.^{o} 15^{o} ineunte vixisse, quod ibidem (p. cxxxv), cum Hamakero (*Spec. Catal.*, p. 68 et seq.) faciens, statuit, adeo ut noster Liber inter annum 817 (1415) et 1453 hodiernam formam accepisse ipsi videatur. Nullus enim dubito, quin annus 739,

---

a) L. l. p. cxxxiv

quo in Cod. Kremeriano Auctor mortuus esse dicitur, sit verissimus. Quod ut probemus, argumenta adducemus *interna*, in quâ disputatione de locis simul agamus, quos HAMAKERUS ad suam sententiam confirmandam attulit.

In hac autem disquisitione summâ opus est prudentiâ, ne verba proferamus Jāqūti, quae ad hanc quaestionem illustrandam nihil faciunt [a], neve nostri Auctoris dicta confundamus cum *Glossis*, alienâ manu Libro mox additis. *Dubios* locos item praetermittamus.

Ad *Glossas* refero, quae HAMAKERUS l. l. p. 68 de Qāmūso attulit, cujus, eo monente, in v. خناصرة fieret mentio. Laudatur enim Opus in *notâ* [illegible], tribuendâ, ut videtur, Ibno's-Śiḥnae, de quo p. XXIII exposuimus, qui Qāmūsi Auctorem, Fīruzabādium praeceptorem habuit. Quae porro addidit Vir summus ex voce قسطنطينة: وصارت دار ملك الروم الى الان, verba mihi videntur Jāqūti, quam opinionem hîc etiam admitti posse, HAMAKERUS ipse fatetur. Ex his locis ergo probari nequit, Scriptorem nostrum sec. 15° ineunte vixisse.

Neque etiam mihi objici possunt verba, quae exstant in notâ marginali, in Cod. L. voci الشذف appositâ, ubi citatur الجندى, et de pago جرانع dicitur التى قدمت ذكرها. *Notam* enim *marginalem*, et Articulum جرانع, eidem debemus Ibn

---

a) Dicta v. c. in v. قُمُرِس: وهى الآن بيد الفرنج, quae videntur dicta Jāqūti, expugnationem spectantis per Richardum a. 1180 (vid. GOLIUS *ad Alferg.* p. 305). Idem loquitur, ut puto, in v. بشتالة, huic nomini addens: اعلم عظيم بالاندلس فصنه اليوم طليطلة بالاندلس, ubi respiciatur historia Toleti captae ab Alfonso VI a. 1085, ereptaeque Moslimorum regi, Jaḥjae Al-qādiro. (Vid. DOZY *Rech. sur l'hist. de l'Esp.* I, p. 193, quibuscum conff. dicta in v. طليطلة). Eumdem etiam in v كنترة (pro quâ l. كُنْتَدَة) scribentem videmus.

Śiḥnae. Hunc Articulum ab aliâ manu esse additum, non tantum novimus ex dictis allatis ex notâ marginali, sed etiam exinde quod Art. جرانع in Cod. V. desideratur, et in Cod. L. alieno loco est insertus, quod si is ex margine in textum translatus est, facile explicatur. Si causam quaeris, quare Articulus جرانع *textui* insertus sit, nota vero ad الشذف in *margine* manserit, causa exinde derivetur, quod الشذف in textu jam memoratum, جرانع contra ibi omissum erat. Difficultas sic egregie tollitur, quae alioquin ex usu Scriptorum Al-ganadī oriretur. Haec enim Ibn Śiḥna, ut vidimus (p. xxiii, coll. p. vii), consuluit, non vero Çafio'*d*-dīn, qui aliquamdiu Al-ganadī coaevus fuerit, non vero Opus, de quo ante locuti sumus, adhibere potuit, quod post annum 739 est conscriptum.

Ad locos autem, qui confirmant Çafio'*d*-dīn*um* Lexici fuisse Auctorem, dicta refero in v. الاندلس: قلتُ وامّا الآن فقد استولى الفرنج على اكثر بلادها فلم يبق للمسلمين بها الّا بلدان يسيرة. Haec enim tempora spectant, anno 626 s. 1229, quo Jāqūt*us* mortuus est, posteriora, Nostrumque id addidisse ex addito قلتُ, tum hîc, tum in seqq., quos memorabimus, locis, est in promptu. Illa nempe Hispaniae conditio post annum 634 (1236), quo post captas a Christianis Valenciam et Cordovam Moslimis regnum Granatense supermansit, quod primum florens, Noter jam cognovit *labens*, licet anno 1492 demum penitus corruit.

Cum his conferantur dicta de urbe قرطبة in v., quae etiam sine dubio aliquamdiu post annum 634 demum scribi potuerunt. Verba volo: وخرب (i. e. الاندلس) قيل هى اعظم بلادها اكثرها وقلّ اهلها فصارت كاحدى (l. كاحد) المدن المتوسّطة. Haec urbs nimirum, olim Omaiadarum regia, decrescere quidem jam coepit post hujus dynastiae interitum anno 422 (1031), a quo inde tempore plura in Hispaniâ regna exstiterunt, at florebat tamen ad annum 634 (1236), quo Ferdinandus urbem

cepit et vastavit, ac major incolarum pars in Africam secessit, quae postea aliis, Christianis maxime, quodammodo suppleta est. Ex voce tamen قيل jam videmus, Auctorem *dubitanter aliorum* dicta referre. Nec mirum! Auctor nempe veram Hispaniae suâ aetate conditionem parum perspectam habebat. Alioquin in voce اشبيلية memorasset sine dubio hujus etiam urbis cladem, a Ferdinando anno 646 (1248) ei illatam.

De aliis terris, et rebus ibi gestis, plura tradit. Novit proelium Mogolos inter et Aegyptios, duce Emiro Rokno'*d*-dīno Bibars Al-Bondoqdarīo anno 658 (1260) prope Baisān*em* commissum, quo illi profligebantur. Hoc respicit in v. عين الجالوت, ubi haec: البندقدار بها فلقيهم المغل عسكر اليها انتهى فكسرهم وكان ذلك انتهاء فتوحهم [a].

Expugnationem Akkonis, sub auspiciis Al-malik Al-asraf ben Al-malik Al-mançūr Qalāūn, anno 690 (1291), his verbis in v. عكّة memorat (II, p. ٢٧٣ l. 2): (i. e. عكّة) فتحها فى سنة ٦٩٠ قلتُ الملك الاشرف بن الملك المنصور قلاون ونقض بيوتها وابراجها وقتل مَنْ بها من الفرنج وكان ذلك من فتوح المسلمين العظيمة [b].

Sequente anno 691 (1292) expugnabatur قلعة الروم, cui Abū-'l-fedā· intererat, qui hanc item, ut locorum etiam opportunitatem multis descripsit [c]. De hac Moslimorum victoriâ Noster in eâ voce haec habet: قلتُ وهذه القلعة اليوم فى يد المسلمين والحمد لله.

Scripsisse Nostrum aliquot annis post annum 700, ipse

---

a) Vid. Abū'l-fed. *Ann. Musl.* IV, p. 594, coll. p. 729, et Quatrem. *Hist. des Sult. Maml.* I, 1. p. 104 et seqq.

b) Vid. Abū'l-fed. l. l. V, p. 94 et seqq., et Al-Maqrīzī in Quatrem. *Hist. des Sult. Maml.* I, 1, p. 127 et seqq.

c) Vid. l. l. V, p. 102 et seqq., coll. Quatrem. l. l. p. 141.

significat in v. مطيعة ام جعفر. De ponte (ممطره) ibi seqq. observat (II, p. ٣٣٢ l. 11 et 12): كانت موجوده الى بعد السبع مائة بسنين الخ.

Vixit ergo etiam tempore proelii, anno 702 (1302-3), Tataros inter et Moslimos prope غَبَاغِب commissi, in quâ voce id memorat; quem locum recte etiam adduxit HAMAKERUS l. l. Ibi Noster: ولمّا عندها كانت الوقعة المشهوره مع التتر في زمان غزان [a]. De *eodem* proelio fit sermo in v. السَّطْح his verbis: وبعربه كانت الوقعة المشهوره بين التتر والمصريّين في سنة ٧٠٢, ubi tamen perperam contendit id anno 703 factum esse.

In v. المقدس sub finem praeterea haec leguntur: فلمّا خرج الفرنج في سنة ٦١٦ وتملّكوا دمياط استظهر الملك المعظّم بخراب سوره. Voces 5 postremas *Noster* addiderit. Reliqua *Jāqūt*o tribuenda esse videntur, cujus, anno 626 mortui, verba illa وهو الى الآن (i. e. صلاح الدين) وهو على ذلك vix esse possunt. Horum murorum historiam accurate enarravit ROBINSONUS [b]. Destruebantur enim anno 616 (1219), et restituebantur a. 637 (1239), sed eodem anno iterum subversi esse videntur ab Emiro Al-karak (الكرك), cui nomen erat الناصر داود [c]. Deinde a. 641 (1243) Hierosolyma Christianis deditione reddebantur [d], a. vero 644 (1246) ab Aegyptiis denuo re-

---

a) Vid. de eo Abū'l-fed. l. l. V, p. 184 et seqq., et QUATREM. l. l. II, 2, p. 199.

b) Vid. *Pal.* II, p. 112 et seq., et de muris Hierosolymorum a Ṣalaḥo'*d*-dīno restitutis, Abū'l-fed. l. l. IV, p. 112.

c) Vid. Abū'l-fed. l. l. IV, p. 448.

d) Vid. Abū'l-fed. l. l. IV, p. 474.

cuperabantur, a quo inde tempore muri ad a. 949 (1542), quo a Turcis restituebantur, non reparati esse videntur. Post annum ergo 644 illa Noster recte scribere potuit.

Ex *Scriptoribus*, quos Auctor consuluit, unum tantum vidi, cujus aetas post Jāquti mortem incidit. Ibn Maktūm*um* cogito, qui, ut supra vidimus [a], decem post illum annis, a. nempe 749 (1348), mortuus est.

§. 4. Libri Historia.

Historia Libri paucis absolvi potest. — Brevi sine dubio Liber Bagdādae innotuit, et Virorum doctorum ejus temporis votis respondens, alio inde delatus, et ulterius propagatus est, cujus rei indicia certo in multis Libris deinceps scriptis exstant. Nullum tamen huc usque ejus vestigium deprehendi ante Ibno's-Sihn*am*, (+ 890 s. 1485, vid. p. XXIII) 147 annis post Ṣafīo'd-dīn*um* (+ 739, s. 1338) mortuum, et Librum Annotatione, quae in Cod. Oxon., et ut videtur, in Leyd. exstat, instruentem. As-Sojūt*um* (+ 911, s. 1505 [b]), nostrum Librum probe novisse, vidimus. Neque intactum eum fortasse reliquit Glossator, cujus verba p. XL attulimus. Notissimus deinde fuit Ḥagi-Kalifae, mortuus a. 1069, s. 1658 [c]. Is de eo non tantum locutus est in loco de quo p. XLI et seqq. disputavimus, sed, ut jam observavit Fraehn*ius* [d], eodem in scribendo *Gihān-nūmah* [e] etiam usus est. In Oriente Librum postea non

---

a) Vid. p. XXXVIII, coll. p. XLIX.

b) Vid. Meursinge *Sojutii Liber de Interpretibus Korani*, p. 45.

c) Flügel H. K. I, p. XI et seqq.

d) *Ibn Foszlan*, p. XLV et seq.

e) De hoc Libro vid. Reinaud *Géogr. d'Aboulfed.* I, p. CLXX et seqq. Operae pretium esset, si quis in eo Ḥagī Kalifae Libro geographico operam ponens, videret, quae Codicis Libri مراصد الاطلاع, quo utebatur, con-

oblivioni datum fuisse, testantur Codices Cantabrigiensis anno 1160 (1747), et Vindobonensis anno 1168 (1754) scripti.

Primus in Occidentem eum introduxit Ḥagi Ḳalīfae aequalis, E. Pococke*us*, eo ex Cod. Oxon. in *Specimine Hist. Arabum* nonnunquam utens. Multo tamen saepius ipsum in suos usus convertit, et locis sive *partim* sive *plene* ex Cod. Leyd. describendis ad publicam notitiam magis perduxit A. Schultens*ius*, in *Indice Geographico* ad *Vitam Saladini*. Utrumque Codicem, Oxoniensem et Leydensem pervolvit, *Abulfedae Tabulam Syriae* editurus, Joh. Bernh. Koehler, quam edidit, J. J. Reiske*i* animadversionibus ornatam, anno 1766. Nostrum citavit nomine *Aābd al-Chakk* [a], aliosque insuper Scriptores in suos usus convertit, inter quos praeter *Jāqūti* Opus majus, et ipsius *Al-Mostarik*um [b], fuerunt *Ibn-Ḥauqal* ex Cod. Leyd. [c], *Ibno'l-wardī* [d], et *Al-qalqasandī* [e] ex Cod. Oxon.

---

ditio fuerit; ac simul reliquos, quos adiit, fontes accurate attenderet, exponeretque, quid ad Geographiam tum antiquiorem, tum ipsius Ḥ. Ḳ. aetatis illustrandam ex illo Scripto colligi possit.

a) Vid. in *Prooemio*, p. xxxii. *b*) Vid. l. l. p. xxxi.

c) Vid. l. l. p. xxxiii. *d*) Vid. l. l. p. xxvii et seqq.

e) Vid. l. l. p. xxxiii, ibique in *Add.* et *Corrig.* p. 17, 86, 91, et in h. ipso Lexico in notis ad v. نـوى, et Add. ad v. دركـوش. Minus bene Qām. urbis Aegyptiacae nomen, ut notavi II, p. fff n. 2, pronunciat قَلْقَشَنْدَة. Recte, ut Koehler, Flügel*ius* in Ḥ. Ḳ. IV, p. 96, قَلْقَشَنْدَة, et sic nomen effertur in de Sacy *Rel. de l'Eg.*, p. 601. Ḥ. K. plenum Auctoris nomen scribit: ابو العباس احمد بن على القلقشندى المصرى, + 821, s. 1418, et titulum Libri صبح الاعشى فى صناعة الانشاء, cujus altero Tomo, *Geographica* continente, ex Cod. Oxon. (Cat. Bibl. Bodlej. N. 3150 et 3151), Koehler usus est. Praeter Abū'l-fed.ae تقويم البلدان, Al-qalqasandī consuluit 1) Librum, cui titulus رَوْض المِعْطار, Auctore ابو عبد الله محمد بن محمد الحميرى العُمْدَة; vid. Koehl. in

Lexicon nostrum ita magis magisque in Occidente innotuit, et hocce seculo in dies diligentius Geographiae orientali illustrandae adhibitum est a DE SACY*o*, tum alibi, tum maxime in *Chrest. Arab.*, secundum Cod. Paris., ex Leyd. descriptum, quo item usus est FREYTAG*IUS* in *Select. ex Hist. Halebi*, et quem diligenter adierunt QUATREMÈRE*US*, DEFRÉMERY, aliique quam plurimi, de rebus orientalibus scribentes. Ex Cod. Cantabr. haud paucos locos Ibn Batūtae Itinerariis illustrandis attulit LEE. Ex Vindob., nisi fallor, HAMMER*US* praesertim in *Arabiae descriptione* (insertâ Repertorio, *Wien. Jahrb.* 1840 Tom. XCII, p. 1 et seqq., 1841 T. XCIII, p. 57-138, XCIV, p. 69-168, et XCV, p. 50-145 *a*), quâ usus est C. RITTER (vid. *die Erdkunde* XIII, p. 364 et 370).

Add. p. 91, et H. K. III, p. 491, annum mortis non notans; 2) مسالك الابصار, Auctore العمري + 738 s. 1337, de quo vid. KOEHL. in *Add.* ad p. 91, REIN. *Géogr. d'Aboulfed.* I, p. CLII, D'OSSOHN *Hist. des Mong.* I, p. LXIII, et DEFRÉMERY *Voy. d'Ibn Bat. dans l'As. Min.*, p. 4.

a) Praeter alios Geogr., tum antiquiores, tum recentiores, in quibus maxime NIEBUHR*IUM*, HAMMER*US* diligenter ibi usus est Al-Mostarīko et Hāgi Kalīfae *Ǧihān-nūmah*. De multis quaestionibus deditâ operâ HAMMER*US* disseruit, v. c. 1) de *Diis, a veteribus Arabibus cultis*, T. XCII, p. 29 et seqq.; 2) de *viis publicis*, *a*) Damasco Mekkam ibid., p. 37 et seqq.; *b*) Al-qāhirâ Mekkam, p. 47 et seqq.; *c*) de viâ *occid.* Adeno Mekkam per Ṫaazzam et utrumque Baito'l-faqīhum, p. 51 et seqq.; *d*) de viâ Adeno *orient.* Mekkam per Çanā'am et Çadam, p. 54 et seqq.; *e*) de viâ ex Al-hasā' Mekkam, p. 56; *f*) Al-Baçrâ Mekkam, p. 57; *g*) Bagdāde Mekkam, p. 58, de quâ et proxime praeced. etiam conf. T. XCIV, p. 168, et XCV, p. 55 et seqq., ubi Ǧihān-nūmah ex Al-Maraçido suppleri posse indicatur; *h*) de viâ ex 'Omāne Mekkam, *i* et *k*) de utrâque viâ ex Nagdo in Ṫihāmam, T. XCII, p. 60 et seqq.; *l*) de viâ Mekkâ Darājam, ibid. p. 62, et *m*) de viâ ducente per Aṫiram. 3) attendatur disputatio de *diebus s. proeliis Arabum*, T. XCIII, p. 63-67, et 4) de *Tribubus arabicis*, T. XCV, p. 63 et seqq. Si quae alia, haec scriptio docet, quae no-

Ex Codice Leyd. P. J. Uylenbroek anno 1822 omnes locos excerpsit, qui *Īrāqam persicam* spectant [a]. Inclaruit deinde Codex Hamakeri [b], T. Roordae [c], Weyersii, Dozyi, aliorum laboribus.

---

stro Lexico contineantur ad Geographiam orientalem et varias has quaestiones illustrandas, simul vero inde apparet, quà cautione et diligentià opus sit in disputatione de innumerà Nominum propriorum copià.

a) In *Spec. geogr.-hist.*° notissimo vid. p. XVI, p. 61-78, et 61-96.

b) 1) In *Spec. Cat.*; 2) in annot. ad فتوح مصر; 3) in Libro: *Al-Makrizii narratio de expeditionibus adv. Dimyatham susceptis;* 4) in *Comment. in Lib. de vita et morte Proph.*; 5) in *Bibl. Crit. Nov.*

c) *Vita Amedes Tulonidis*, L. B. 1825.

PARS POSTERIOR,

DE LIBRIS IN HAC EDITIONE PARANDÂ ADHIBITIS.

Transeo ad Libros indicandos, quibus in hoc Lexico edendo usus sum, ad hoc sive illustrandum et emendandum, sive ad ea, quae in eo omissa erant, quodammodo supplenda. Ad quam disputationem hoc maxime consilio accedo, tum ut scripturae compendia, in Annotatione obvia, explicem, tum etiam, ut de nonnullis ibi allatis Scriptoribus agam, ac tradendis iis, quae alii post praeclaram REINAUDII in Geographiam Abū'l-fedānam *Introductionem*, a. 1848 editam, observarunt, et quae ipse, horum illorumve Scriptorum dictis utens, animadverti, ad Geographiae, Arabice expositae, historiam Literariam illustrandam aliquid conferam. Si Libros dignos, qui consulantur, intactos reliquerim, adhibitosve non bene in meos usus converterim, quod plus semel factum esse, auguror, Lectores, magnum eorum Librorum numerum cogitantes, aeque ac benevole judicent.

Omissis antiquioribus, ab *Al-Mas'ūdīo* (+ 345 = 956) initium faciamus, de quo tamen pauca dicenda sunt. Ut de illis, ita de eo egregie exposuit, ne alios memorem, REINAUD [a], et ante eum QUATREMÈRE [b], qui tum de aliis, tum de duobus ipsius Operibus celeberrimis, de اخبار الزمان ejusque compendio, مروج الذهب, multis egerunt. *Hoc* praecipue ex Anglicâ SPRENGERI a. 1841 versione *partim* ad publicam notitiam per-

a) De Al-Masūdio vid. l. l. p. LXIV et seqq.

b) Vid. *J. A.* 1839 Janv. p. 1 et seqq.

ductum, edito textu Arabico, quem DERNBOURG paravit, brevi, ut speramus, *totum* publici juris fiet. Alterum Opus, اخبار الزمان, cujus Auctor praeter memoratum, aliud etiam compendium, كتاب الاوسط dictum, composuit, ab Ḥ. K. (I, p. 186 et seq.) breviter adumbratum, sed ob magnam molem perraro descriptum est. In paucis, qui eo usi sint, fuit Al-Maqrīzī. *Pars* ejus, ut tradit QUATREMÈRE, Constantinopoli servatur, 20 magnis voluminibus in 4^to^ constans. *Pars* ejusdem etiam est in Bibl. Paris., historiam *Aegypti* complectens, quam olim gallice vertit PÉTIS DE LA CROIX, quae versio tamen nondum est edita. Codicem ejus Operis deinde a. 1849 von KREMER Ḥalebi reperit, ejusque argumentum enarravit [a], quo tamen non nisi I^um^ volumen contineri videtur [b]. Ex iis, quae de hoc Codice ibi referuntur, nonnulla, ex اخبار الزمان sumta, Annotationi meae inserui.

Iis, quae de *Al-iṣṭakrīo*, medio seculo 4^to^ H., quo Al-Masudī mortuus est, florente, REINAUD*IUS* observavit (l. l. p. LXXXI et seq.), nihil fere addendum habeo. Post MOLLER*I* enim a^i^ 1839 editionem *Libri Climatum*, ad similitudinem Codicis Gothani delineatam, et MORDTMANN*I* versionem (*das Buch der Lander*) a^i^ 1845, *Arabiae* et *Syriae* descriptionem Arabice a^o^ 1853 edidit ARNOLD [c], partes Operis sane insignes! Quae quanto graviores sunt, eo magis laetamur ad eas saltem, *hoc* textu edito, aditum cuique esse paratum. Quanti enim pretii sint hae partes ad aliorum Geographorum Arabicorum dictis supplendis, sensit RITTER*US* [d], et vero etiam jam viderunt Ibn Ḥauqal, Al-Idrīsī, Jāqūt, Abū'l-

---

a) Vid. *Sitz.-ber.* 1850 April-Mai, p. 206 et seqq.

b) Sic judicavit RODIGER in *Z. d. d. M. G.* V, p. 429.

c) In *Chrest. Ar.*, p. 76-102, coll. p. XII et seqq.

d) Quantum proficiat hicce Liber, RITTER expertus est; vid. v. c. ejusdem *Vorwort*, MORDTM.^i^ versioni praefixum, ubi revocat ad Opus, *Erdkunde*

fedā, ex hoc Opere permulta petentes, adeo ut dolendum sit. recentiores parcius vulgo id in suos usus convertere.

Nec multa post Reinaud*ium*, (l. l. p. lxxxii et seqq.) de *Ibn Ḥauqalo* mihi dicenda restant. Opus ejus, cujus titulus est كتاب المسالك والممالك, absolutum, ut videtur, a. 366 (976), editorem adhuc exspectat. Postquam de eo scripsit Uylenbroe-k*ius* in notissimâ Diss. *de Ibn Hauk.* cet., ejusque de *Irāqâ persicâ* (عراق العجم) dicta in eâ *arabice et latine* edidit, (p. 1-8), — *Sindiae* descriptionem utrâque etiam linguâ dedit Gildemeister in Libro: *Scriptorum Arabicorum de rebus Indicis loci et opuscula* (a. 1838, p. ۴۲-۳۷, et p. 163 et seqq.). — *Ifrīqiyae* descriptionem gallice vertit de Slane a. 1842 in *J. A.* XIII, p. 153 et seqq., et p. 209 et seqq. Descriptionem *Panormi* (Palermo) *eodem sermone* Amari *J. A.* 1845 Janv., p. 75 et seqq., et 1846 Mars, p. 242 et seqq., ac nuper *Arabice* in *Bibl. Sic.* universam *Siciliae* descriptionem, p. ۴-۱۱. Quae ceterum prodierunt, partes Anderson*o* debemus: 1) *Sindiae* et *Segistānis* descriptionem, arabice et anglice, ex Cod. Sprenger*i*, a Codice, quo Gildemeister utebatur, in multis diverso, cum Mappâ inde sumtâ [a], 2) *Korāsānis* descriptionem, etiam utroque sermone, cum Ann. et Mappâ [b].

De alio Scriptore *Al-Bekrīo* (+ 487 = 1094) plura in medium conferenda, de quo item egit Reinaud*ius* [c], ac nos supra

---

X, p. 1051, 1071, 1077, 1085, 1133; XI, p. 47, 68, 100, 155, 156, 179, 268-273, 298, 374, 383, 404-418, 445, 665, 696, 706, 717, et ubi de *Arabiâ* exponit, XII, p. 141-167.

a) Vid. *Journal of the Asiatic Society of Bengal* 1852, p. 49-74, et 365-382, coll. *Z. d. d. M. G.* VII, p. 602.

b) *Journ.* laud. 1853, p. 152-193, coll. *Z. d. d. M. G.* VIII, p. 688, et IX, p. 629. Textum horum locorum *Arabicum* Sprenger addidit.

c) L. l. p. cIII et seqq.

p. x, xvi et seqq. jam locuti sumus; ibi vero de *alio* ejus Opere sermo erat. Ut enim in Libro, معجم ما استعجم, de quo diximus, hoc in primis egit, ut de locis, quae in antiquis Arabum carminibus, et Moslimorum de Mohammede et primis bellicis expeditionibus occurrunt, Alphabeti ordinem secutus, exponeret, ita alium quoque Librum edidit, dictum المسالك والممالك, in quo de *viis Al-Magrebi* egit, quae ex aliis locis in alia tendunt, additâ urbium locorumque, per quae via ducit, descriptione, quâ non *Geographiam* modo, sed et *Historiam* passim illustravit egregie.

Titulum Operis Rousseau in Libro de Al-ṭigānio [a] praeter morem sic effert: اخبار الزمان والمسالك والممالك. Ipsum paulo post annum 452 Cordobae, ubi, ut ipse testatur Auctor, tunc versabatur, conscriptum esse videtur. Hanc urbem Al-Bekrī a. 456, s. 458 reliquit [b]. Gaudemus spem datam esse fore ut hic Liber brevi a de Slaneo edatur [c].

Ut in Libro معجم ما استعجم, ita hîc fontes adiit praeclaros, quare v. c. de *Graecis* loquens et *Romanis*, cum horum Scriptoribus saepe mirifice consentit. Ubi Auctores, quos consuluit, dissentiunt, rebusque fabulosis tradendis Orientalium more delectantur, vera ille non sine judicio eligit, et a falsis caute plerumque abstinet. Praeter Geographiam et Historiam, *Ethnographiam* item illustrat, de *moribus* incolarum, de *mensuris*, in singulis urbibus usitatis, aliis, accurate disserens.

Hujus praestantissimi Libri *quatuor* servantur Codices, quorum nullo tamen continetur Tomus *primus*, qui de *Arabiâ*, *Al-Irāqo*, *Persiâ*, *Transoxaniâ*, *Kazaris*, *Bolgāris*, aliisque Gentibus Asiae septentrionalis agit. Hoc ejus Tomi esse argumentum ex Indice novimus, a Dozyo (*Rech.* I, p. 299 et seqq,)

---

a) Vid. *J. A.* 1852 Août-Sept., p. 66.

b) Conf. Dozy *Rech.* I, p. 296.

c) Vid. *Z. d. d. M. G.* XI, p. 557.

descripto ex Codice, quem DE GAYANGOS possidet, in cujus exemplo MS. porro sermo est de *Gogo* et *Magogo*, de *Syriâ*, *Palaestinâ* et *Aegypto*. In Cod. Parisiensi (N. 580), et Musei Brit. (N. 9577), de Aegypto, sed partim, et de *Al-Magribo*, de quo et de *Hispaniae* parte agit Codex Escurialensis (N. 1630).

Innotuit hicce Liber praesertim Dissertatione, quam QUATREMÈRE a. 1831 inseruit Repertorio, dicto *Notices et Extraits* Tom. XII, p. 437-664 [a]. Magnam illius partem ibi excerpsit, gallice vertit, et, collatis 'Ibn Ḥauqalo, Al-'Idrīsīo, 'Ibn Abī Zar.o [b], et Historiâ Banī Zījān [c], aliis, illustravit. Codex, quo utebatur vir celeberrimus, punctis literarum diacriticis passim caret, quare non mirum, Interpreti, qui graves difficultates ceterum feliciter vulgo superavit, non ubique cessisse, ut sibi ipse satisfaceret in nominibus propriis, ac praesertim *berbericis*, recte ubique legendis, locisque corruptis restituendis. Gratissima ergo cuique nova erunt, quae deinde reperta sunt ejus Libri emendandi et supplendi subsidia. Scriptores cogito,

---

a) Hoc titulo: *Notice d'un M. S. Arabe contenant la déscription de l'Afrique* [Manuscrit de la Bibl. du Roi N. 580]. Hujus Dissertationis post editum textum *Arabicum* Lexici المراصد, exemplum *separatim* evulgatum, mihi parare potui, quare in eorum gratiam, quibus hoc solum fortasse praesto est, in *Add.* juxta *paginas* dicti *Repertorii*, numeros *separatae editionis*, parenthesi inclusos, apposui.

b) Auctorem intelligo Libri الانيس المطرب وروض القرطاس, vulgo dicti القرطاس, a. 1843 a TORNBERGIO Arabice, et 1846 Latine editi. Auctor Arabice vocatur ابن ابى زرع, qui eum Librum, ut H. K. I, p. 489 addit, ante a. 726 (1325-26) scripsit. Vid. v. c. de hoc Libro *N. et E.* XII, p. 535 (101) n. 1, et 658 (224).

c) Intelligitur ذكر الدولة الزيانية العبد الوادية بتلمسان, Auctore, ut videtur, Abū-Moh. Abdo'l-lah ben 'Omar, qui sec.° 9° H. vixit; vid. DOZY *I. A.* 1844 Mai-Juin, p. 382-416, et DE SLANE *Hist. des Berb.* III, p. 326-495.

qui eo Al-Bekrīi Opere usi sunt, Ibno'l-Adārīum in primis, (sec.º 13º) in البيان المغرب, a Dozyo edito; deinde Auctorem τοῦ كتاب الاستبصار, et *Al-Iqanīum*, de quibus, mox dicemus, et Scriptorem brevis Africae descriptionis, quae Cod.ˡ Paris.ˡ N. 581 inest, ubi ea incipit a fol. 123 [a].

Ex hujus Operis Codice, quem possidet DE GAYANGOS locos breviores edidit DEFRÉMERY, de *Bugānikīja*, *Kazaris*, *Bordāsiis*, *Balkānis*, *Mu...*, *Sarīrīis*, *Borǧānis*, *Bulgāris*, *Tataris*, agentibus [b]. Unum tantum locum ex Cod. Paris. edidit AMARI in *Bibl. Sic.* p. ۱۳ de جزيرة ابى سريك. Hos locos et Dissertationem QUATREMÈRE passim etiam in *Ann.* in meos usus converti, utque معاجم ما استعجم ab المسالك والممالك accurate distinguerem, *hoc* semper adduxi (ubi dicta Dissertatio spectatur) additâ formulâ »Al-Bekrī in *Not. et Extr.*", *illud*, solo Al-Bekrīi nomine, s., ubi alterum proxime praecedebat, verbis »Al-Bekrī in Cod. Leyd."

Ad *Al-Idrīsīum* pergo, medio sec. 6º H., nostro 12º, florentem [c], et Opus conscribentem geographicum Principi Normandico Rogero

---

a) De hoc Cod. vid. QUATREM. *N. et E.* XII p. 659 (225), et BLAU in *Z. d. d. M. G.* VII, p. 122. De aliis subsidiis vid *I. A.* 1852 Août-Sept., p. 65, 70, et 1853 Févr.-Mars, p. 156.

b) Vid. DEFRÉMERY *Fragm. de Géographes et d'Historiens Arabes et Persans inédits, relatifs aux anciens peuples du Caucase et de la Russie meridionale*, in *I. A.* 1849 Juin, p. 457 et seqq., et Nov.-Dec., p. 447 et seqq. Ibi etiam agit praeterea de *Armeniis* et *Georgiis*, utens praeter Al-Bekrīum, Ibno'l-Aṯīro, Raśido'd-dīno, Ibn Batūṭā, cet.

c) DE SLANE in *I. A.* 1841, T. XI p. 373, collatis, quas de ejus vitâ reperire potuit, notitiis, Al-Idrīsī anno 560 (1164-65) Ceutae mortuus esse videtur. De alio Libro, — quem conscripsit, et qui Libro, hîc allato multo major est, qui vocatur روض الانس ونزهة النفس (cujus *duo priora vocabula*, [sic] روضة الانس tantum affert H. K. III, p. 498), et quem Librum Abū'l-feda· fortasse adhibuit, et de quo vid. REIN. l. l. p. CXXI, — de eo Libro, inquam, nihil hucusque innotuit.

II°, titulo: نزهة المشتاق فى اختراق الافاق [a], de quo egerunt H. K. (VI, p. 535), et Rein. (l. l. p. CXIII et seqq.). Epitomen, quam verbo H. K. l. l. memorat, et cujus Codicem Bibl. Paris. servat, Gabriel Sionita et Joh. Hezronita Parisiis a. 1592 *Arabice* primum, deinde a. 1619 etiam *Latine* ediderunt, inscriptam *Geographia Nubiensis* [b], eaque repetita est in Rosarii Gregorii *rerum Arabicarum collectione* [c]. Partes ejusdem denuo elaboratas J. H. Hartmanno debemus, a. 1796 *Africam*, et a. 1801-3 *Hispaniam* (a Condeo a. 1799 Madritae jam evulgatam), ac Rosenmullero *Syriam*, ex *majori* recensione (in *Analect. arab.* p. III[a]) a. 1828, ut partes modo dictas, *arabice* editam; totum vero Opus ex eâdem recensione *Gallice* vertit a. 1836-40 Jaubertus; quae tamen cuncta desiderium omnibus magis magisque excitarunt *totius textûs Arabici bene editi*, quem si consulere potuissem, saepius, quod lubens fateor, eo usus fuissem; nunc vero horum subsidiorum ratio Libri usum mihi non raro potius dissuadebat. In hac rerum conditione, acceptissima sane cuique fuit pars, quam, ex majori recensione sumtam, Amari *Bibliothecae Siculae Arabice* inseruit. *Praefationem* puto (p. IF–IN), et praeter *locos* quosdam, in Jaubertī Vol. I° (p. VI–VIII) obvios, *totam sectionem*, quae *de Siciliâ* agit (p. IN–VI), quae versa exstat apud Jaubertum Vol. II, p. 68-115; monumentum sane gravissimum ad florentem Siciliae conditionem, regnante Rogero II, illustrandam! Vitia Jaubertī, tum in *numeris*, tum maxime in *nominibus propriis* obvia, Amari egregie correxit, et Diplomatibus sec^i 11^i, 12^i et 13^i diligenter collatis dicta sua feliciter probavit, atque haud pauca, in Gallicâ versione *omis-*

---

a) Saepe etiam eam ob causam vocatur كتاب رجار, v. c. in Al-Bay. I, p. F.V in f., coll. p. F.A in n., et H. K. l. l.

b) De ed. *Romanâ*, anni notam carente, vid. de Sacy in *Journ. des Sav.* 1831 Mai, coll. *Encycl. Hall.* in v. *Edrisi*. Descriptio porro *Siciliae* edita fertur a Franc. Tardia Palermitano, Rom. 1632.

c) Vid. Hamak. ad Weijersii *Locos Ibn Khacanis de Ibn Zeid.*, p. 183.

sa, ex Codicibus addidit. Codice tamen C [illegible] non utebatur, de quo Osiander locutus est [a].

Praeter 19 Auctores, quos fontes Libri in Praefatione affert, alios etiam consuluit, in his Librum Al-Mas-ūdīi مروج الذهب, quem tamen, ut alios, si ea attendisset, quae suâ aetate melius jam explorata erant, majore cum judicio adhibere potuisset. (Quis vero istud Scriptori ejus aetatis orientali non condonet?) Multa insuper ipse fecit itinera, et permulta ex mercatorum ore accepit. Sic de terris remotissimis, de Africâ v. c. interiore, multa nova tradere potuit [b].

De *Ibn Ǧobairo*, nato Valentiae a. 540 (1145), et ab a. 579-81 (1183-5) iter faciente, post ea, quae tum alii, tum in primis Amari in *I. A.* 1845 Déc., et 1846 Janv., ad partem, quae *Siciliam* spectat, et Rein. l. l. p. cxxiv, tradiderunt, non opus est, ut loquar, praesertim post praeclaram hujus Itinerarii editionem, quam cl. Wright a. 1852 publici juris fecit titulo *the Travels of Ibn Jubair*.

Ibn Ǧobair*um* sequatur *Abū Moḥ. Al-Abderī*, Valentiae item natus, cujus *Itinerarium* (الرحلة المغربية) saepe etiam memoravi. A. 688 (1289) in urbe صاحا, in remotissimis partibus regionis الاقصى سوس habitabat. Inde iter Mekkam terrâ suscepit, et eâdem viâ inde rediit. Sex hujus Itinerarii exempla exstant; unum in nostrâ Bibliothecâ, quod Dozy*us Cat.* II, p. 136 descripsit; alia 5 Cherbonneau [c] indicavit, qui simul gallicam paravit Itinerarii versionem. Ut monet, hic Scriptor bene distinguendus est ab alio Al-Abderīo, Al-Makkarīi discipulo, ex Hispaniâ etiam oriundo, sed a. 681 nato in urbe Ibla (Avila),

---

a) Vid. *Z. d. d. m. G.* VIII, p. 600.

b) Vid. Stuwe *über die Handelszuge der Araber*, p. 14, 240, 317 et seq., 350 et seqq., et de Slane l. l. p. 362 et seq.

c) In *Notice et Extraits du Voyage d'*el Abdery, in *I. A.* 1854 Août-Sept., p. 146.

et *mari* iter Mekkam faciente, ac memorato ab Ahmed Bābā Tombuctūensi *in* تكميله الديباج [a] De illo Abderīo vid. Rein. l. l. I, p. CXXVI.

De alio Itineratore, *At-tigānio*, nonnullis fortasse minus noto, paucis disseramus, cujus pleniorem notitiam praesertim debemus Alph. Roussavio, qui Itinerarium ipsius, collatis duobus Codd., a. 1852 *Gallice* vertit [b], et Amario, qui partem, *Siciliam* spectantem, in *Bibl. Sic.* nuper *Arabice* edidit [c]. Plenum illius nomen est *Abū Mohammed Abdo'llah ben Moh. ben Ibrāhim.* Oriundus esse videtur ex insulâ جربة, et ex eâ quidem insulae parte, quae vocatur التّيجان, de quâ vid. Jaub. *Géogr.* d'Edrisi I, p. 282, unde التيجانى appellatur, ut Amari l. l. ubique recte scribit. Ideo in primis hoc monendum esse existimo, ne quis vocem *At-tidjani* (pro *At-tidjani*) legens, mecum, ut ante inde opinatus eram, in errorem ducatur, putans eo nomine spectari تيجن, pagum Bokārae, quem Cod. Leyd. Libri مراصد الاطلاع (I, p. ٣٣١ n. 4) attulit.

Actuarius erat Sultāni Abū Jahjae Zakarjā ben [d] Al-lihjāni,

---

a) L. l. p. 148.

b) Vid. *Voyage du Scheikh Ettidjani dans la régence de Tunis, traduit de l'Arabe par M.* Alph. Rousseau. Exstat in *J. A.* 1852 Août-Sept., p. 57-208; 1853 Févr.-Mars, p. 101 et seqq., et Avril-Mai, p. 354-425; coll. *Z. d. d. m. G.* X, p. 533, et Defrémery *Mém.s d'hist. Or.* I, p. 187 et seqq., qui observat, praeter duos hujus Itinerarii Codices, quos Rousseau servat, alium esse in Bibl. Paris., et alterum vidisse Cherbonneau (vid. p. 188 in n.). Dolet in hoc Libro, multis laudibus ceterum celebrando, *Tribuum nomina* saepe non accuratius exarata esse.

c) P. ٣٧٥ et seqq. De eo porro vidd. item loci a de Slane allati in *Hist. des Berb.* I, p. 136; II, p. 91 et 96; III, p. 267.

d) *Ben* s. *Ibn* Rousseau omisit. Id addendum esse observavit Defrémery l. l., p. 188, et vid. de Slane *Hist. d. Berb.* II, p. 427.

(s. *barbatûs*), tempore tamen, quo ille cum hoc Principe expeditionem suscipiebat, Tûneti Emiratum gerentis nomine τῶν Al-Mowaḥḥidīn, s., ut vulgo dicuntur, *Al-Mohaditarum*, ac postea suo nomine ibidem regnantis, ac principatum tenentis terrarum, quae a Tripoli ad Būgiam se extendunt.

Cum eo Sultano, sacram peregrinationem suscepturo, Aṭ-ṭīgānī iter iniit a. 706 (1306), quod per biennium persequens, non tamen ultra locum عين وِدْرِس, s. عين تاوِدْرِس, ab oriente Tripoleos, continuavit, unde, morbo affectus, Tûnetum redire cogebatur a. 708 (1308) [a], quo factum est, ut non magnum spatium percurreret. Itinerarium nihilominus magni est pretii. Res nempe tradit notatu dignas. Nugae viro eruditissimo non placebant. Historiam antiquioris, et praecipue recentioris aetatis, ac Geographiam, praesertim ditionis Tûnetanae, egregie illustrat. His rebus explicandis varios Libros, et in iis hodie raros, deperditosve, aut nondum repertos, prudenter consuluit. Al-Bekrī Africae descriptionem non sequitur modo, sed interdum emendat et supplet [b]. Dicta deinde affert Al-Idrīsī [c], Historiam Ibno-*r*-raqīqī [d], et Ibn Saddādī [e], Itinerarium Al-faqḥ Al-

---

a) *I. A.* 1853 Févr.-Mars, p. 168.

b) Quatremère*i* saltem excerpta, de quibus vid. supra p. LXII-LXIV. Conf. v. c. *I. A.* 1853 Avril-Mai, p. 346 et seq., cum *N. et E.* XII, p. 482 (48) et seq. Emendatur Al-Bekrī ibid. *I. A.* 1852 l. l. p. 142.

c) L. l. p. 170 et 192.

d) Scripsit ابو محمد بن القاسم بن الرقيق (Aṭ-ṭīgānī *I. A.* 1853 Avr.-Mai, p. 358 eum nuncupat *Abū Ibrahīm*, de Slane *Hist. d. Berb.* I, p. 292 n. 3, *Abū Ishāq Ibrāhīm ben 'al-qāsim*), Historiam Africae sept.[is], quâ multi diligenter usi sunt. In his Auctor Libri كتاب الاستبصار, Ibn Adārī in Al-Bayān, v. c. I, p. ٩, ٢٥٢ et passim, Ibn Kaldūn (vid. de Slane *Hist. d. Berb.* I, p. 206, 292; II, p. 19; IV, p. 5), An-nowairī (vid. *I. A.* 1852 l. l. p. 66 et 79). A. 377 (987) adhuc vi-

Bīsānīi [a], Librum طبقات de *Traditione* exponentem, Auctore Abū-'l-Arab Moḥ. ben Aḥmed ben Tamīm [b], Librum اخبار الانوار, Auctore Ar-roṡātijo [c], Librum Al-lobaidi, Biographiam exhibentem Abū Isḥāqi Al-zebengani [d], Librum Abū'ç-çalti, quo continuatio continetur Historiae Ibno'r-raqiqi [e], Librum dictum الاكمال, Auctore Abu Naçr Alī, noto nomine Ibn Mākūlā [f], Historiam Ibn-nakili [g], Itinerarium versus نوزر susceptum, a Jusofo ben Al-Mançūr, editum ab Abū'l-ḥaggāg [h], Historiam

---

e) Titulus est: الجمع والبيان في اخبار المغرب والقيروان لابي محمد عبد العزيز بن شدّاد الصنهاجي; vid. *I. A.* 1852, p. 81, et 1853, p. 387 et 395. Mortuus est a. 501 (1107-8); vid. de eo DE SLANE l. l. I, p. 35, et II, p. 483 et seq. in notis, et v. KREMER *Sitz.-ber.* 1850 Apr.-Mai, p. 222.

a) Sic scribitur in *I. A.* 1853 Févr.-Mars, p. 146; sed ibid. 1852 Août-Sept., p. 196, البيسامى. H. K. Librum transit. Fortasse oriundus erat ex oppido بيسان, cujus nominis oppidum Africanum, 16 circiter milliaria ab urbe Tripoli memorat HERBELOT in *Bibl. Or.* in v. *Baissan.*

b) Vid. *I. A.* l. l. p. 112. Liber ap. H. K. non notatur.

c) Vid. *I. A.* l. l. p. 125. De الرُّشاطيّ et رُشاطة vid. *Introductio* supra p. IX, et *Add.* ad ابيان. ROUSSEAU eum nuncupat *Ar-risatī.*

d) Vid. *I. A.* l. l. p. 128. Nec Librum, nec Scriptorem, ejusve nomen جَبَنْجانى, alibi memorata vidi. In المراصد de جَبَنّ tantum est sermo. Si recte pronunciavit DE SLANE nomen Tribûs *Beni-Lebid.* (*Hist. d. Berb.* I, p. 137), isque ex eâ Tribu fuit oriundus, pro *'al-lobaidi*, *'al-lebīdi* pronunciandum est.

e) Vid. *I. A.* l. l., p. 176.

f) At-tigānī l. l., p. 190 eum vocat الامير ماكولاء. Scriptor erat sec. 5[1], de quo vid. REIN. *Géogr. d'Aboulf.* I, p. CIX.

g) *I. A.* l. l., p. 193. De eo vid. etiam DE SLANE l. l. II, p. 33, 36, 101, 162, 221, 281, 293 et not. ibid. Ubique ibi vocatur *Ibn Nakhil.*

h) *I. A.* l. l. p. 197.

Abū-Tāheri As-silafii [a], et Libros مُعْلِم القنيان [b], et كتاب الحدّثان [c].

At-tigānio antiquior est Liber, dictus: كتاب الاستبصار فى عجائب الابصار, ab A. von Kremer anno 1852 e Codice Vindobonensi, olim ab Alb. Krafftio jam descripto, Arabice editus [d]. Codex huc usque unicus est, neque eheu! integer, ut vides ex initio, ubi Introitus desideratur, et ex fine Libri, ubi tamen non multa videntur deesse, quorum vero jactura, quia de Auctore ibi fortasse sermo fuit, sane dolenda est. Auctoris nomen nempe latet, nec Liber memoratur ab H. K., cujus de Libris ad Mirabilia spectantibus, notitia non magna erat. Auctor esse nequit, ut conjecit Hammerus [e], Scriptor τοῦ كتاب الامصار, nimirum ابو عثمان عمرو بن بحر الجاحظ (+ a. 255, s. 868). Al-Mas'ūdii enim de eo dicta, ab H. K. (V, p. 52)

---

a) *I. A.* l. l. p. 202 exstat *Assalfi.* Lobbo'l-lob. pronunciat السّلْفى; Ibn Kallik. in vità N. ٣٣ sub fin., السّلَفى, ubi mortuus esse fertur a. 576 (1180).

b) Vid. *I. A.* 1853 Avr.-Mai, p. 359, ubi ex hoc Libro affertur locus de المهدية, urbe ab 'Obaido'llah Al-Mahdio a. 303 conditâ.

c) Vid. ibid., p. 366. Liber in loco occurrit, quem ex Al-Bekrio citat, qui eo utebatur. Deest Liber apud H. K.

d) Titulus est: *Description de l'Afrique. Par un Geographe arabe anonyme du 6ème siècle de l'Hegire. Texte arabe publié pour la premiére fois par M.* Alfred de Kremer. Vienne 1852 ٨٣ et III pp. De hoc Libro idem egit in »*Vortrag uber ein vorgelegtes Druckwerk* Description de l'Afrique", quae Dissertatio inserta est Repertorio: *Sitzungsberichten der philos.-hist. Classe der kais. Akademie der Wissensch.* 1852 April, Tom. VIII, p. 389 et seqq., sed separatim etiam edita, quam editionem in notis laudavi. Krafft Codicem, de quo dixi, descripsit in Catal.: *Die Arab., Pers. u. Turk. Handschriften der kk. Orient. Akademie zu Wien.* Wien 1842, p. 131-133.

e) Vid. *Wien. Jahrb.* Tom. LXX, p. 7

allata, in Librum nostrum non cadunt, et hujus Scriptoris aetas minime etiam convenit cum iis, quae de tempore notantur, quo كتاب الاستبصار conscriptus est; annum intelligo 587, s. 1191, qui aliquot locis diserte affertur [a]. Porro novimus, Scriptorem Librum composuisse Salae (سلا), quae urbs est Maroccana, quare non mirum, urbem فاس, quam ipse etiam adiit, fuse ab eo esse descriptam (p. ٩٨ et seqq.). Hispaniam praeterea ipse vidit. De *Rondâ* saltem tali modo loquitur (p. ٥٢ l. 3 a f.). In multis locis Africanis degit; in terrâ v. c. نفزاوه (p. ٣٥ l. 7 a f.), in montibus أسرو (p. ٥١), in urbe قسنطينة (p. ٥٣), et in multis fortasse aliis locis, per quae, si ex Maroccanâ terrâ profectus, peregrinationem sacram suscepit, ipsi transeundum erat.

Primum urbes descripsit Africae maritimas (a p. ٣ ad ٣٨); porro urbes et regiones interiores, Deserto propiores (p. ٣٨–٣٩); deinde بلاد الجريد (p. ٣٩–٩٣); mox المغرب الاوسط (p. ٩٣–٩٨), et المغرب الاقصى (p. ٩٨–١٠٨).

Judice Krafftio, hoc Libro fragmentum continetur Operis Bekriani (quo Africam sept. descripsit), sed denuo elaborati, atque alibi in compendium redacti, alibi ex aliis fontibus, et ipsius Auctoris aliorumque observationibus aucti; quo posito, simul sumendum est, nostrum Auctorem Al-Bekrīi Librum in *alium* prorsus *ordinem* redegisse. Potius statuam, *novum* Librum Nostrum condere voluisse, quod conscribens formam elegit, quae suo consilio commoda videretur, adhibitis iis, quae ipsi praesto erant subsidiis, quae inter sine dubio illud Al-Bekrīi Opus principem locum tenebat [b]. Hoc enim jam verbotenus descripsit, jam excerpsit. Porro p. ٣ laudatur ابن رقيق فى تأريخه; p. ١٣, ابو جعفر احمد بن ابراهيم المنكتب فى كتاب

---

a) Vid. p. ٩٩ l. 8, p. ٧٩ l. 6 a f., et p. ٨٣ l. 1, coll. *Vortrag*, p. 4.

b) Vid. v. c. p. ١٣.

مغازى افريقية, quem etiam H. K. transiit; p. ٩١ l. 2 a f., محمد ابن يوسف, de quo jam locuti sumus supra p. XVIII n. *b*, et p. ٩٢ l. 2, المسعودى.

Eo tamen Codice *non totum* Opus contineri, sed ejusdem *Compendium*, KREMERUS exinde jure efficit, quod ابن ابى زرع in القرطاس ed. TORNB., p. ٣٣ sub fin. et seq. (coll. p. 34), locum ex Libro nostro affert de origine nominis urbis فاس, qui in KREMERI editione non exstat. Nihilominus hic Liber summi est pretii. Multa nos docet, quae de urbibus maritimis nondum innotuerant. Breviter quidem agit de *Tunuso*, sed eo copiosius de *Bagāja* (p. ١٩), *Qafça* (p. ٣٧ et seqq.), et *Qal'a Abī Tawil* (p. ٥٥–٥٨). In primis quae conferantur digna sunt ea, quae tradit de *Bilādo'l-Garid*, et de locis Africae interioribus, ac de viis catervarum, quae per has regiones tendunt. Ceterum, licet non tam fuse, quam Al-Bekrī et Aṣ-ṭigānī, de *historiâ* harum terrarum disseruit, hanc tamen non prorsus omisit, ac *Traditione* illustrandâ, et (ut in sectione de *Qartāganna*, s. Carthagine, p. ١١ et seqq., et de *Ṭabasā*, p. ٢٩), *Antiquitate* pervestigandâ, delectatur. In primis vero T[illegible] studet, et rebus notatu dignis, ac Moslimis dilectis, animalibus v. c., plantis, et metallis considerandis. Non tamen solis mirabilibus detinetur, sed etiam attendit quaecunque ad [illegible], *solique culturam* et *agrorum rigationem* (p. ٢. et ٣٢), aut ad *piscationem*, s. *piscium*, s. *corallorum* (v. c. p. ١٥ et seqq.), referuntur.

Alio Scripto de solâ *Africâ interiore* agitur. *Chronicon* cogito *arabicum Sultanorum Bornuensium*, sed cujus tenue compendium, a BARTHIO a. 1851 in Germaniam missum [a], a BLAUO [b] partim Arabice, sed totum germanice versum et egregiâ anno-

---

a) Vid. *Z. d. d. m. G.* VI, p. 124.

b) Ibid. p. 305-330.

tatione illustratum, atque a. 1852 editum est. *Locorum* nomina propria *notis* et *Addendis* inserui, de quibus tamen monendum est, non omnium *lectionem* et *pronunciationem* certam esse, quod et excerpto raptim scripto, et Codici in primis, unde illud sumebatur, tribuendum, ne ipsorum dicam nominum *peregrinorum* et *barbarorum* difficultatem.

Chronico Bornuensi allato, verbo etiam de Scriptis nobis referendum est alius clari Viri, cursim tantum p. LXVII memorati, sec.° H. 11°, p. C. N. 17° viventis. Ahmed*em* Baba*m* (احمد بابا) intelligo, cujus تاريخ السودان ad nostram notitiam primum pertulit audax ille et eruditus nostrae aetatis Itinerator Doct. BARTHIUS. Opus a. H. 1064 (1653-4) ad finem est perductum, et de As-sūdān*is* parte *occidentali* agit. Excerpta hujus Libri, ex uno Codice corruptissimo a BARTHIO transmissa, edidit et vertit Doct. RALFS [a]. In scribendis nominibus propriis Codex parum sibi constat, jam pleniorem, jam imperfectam scriptionem sequens. V. g. بَنْكَى vulgo pro بَنْكَا; كَنْتَ pro كَنْتَا, alibi كَنْتُ pro كَنْتُو; دَنْد pro دَنْدى, مَل pro مَلى scribitur.

De alio Ahmed*is* Babae Libro, quem (p. LXVII) adduxi, تكملة الديباج, (s. *Supplemento* Libri الديباج, Auctore *Ibn Fe'hun*), ubi de Africae Viris doctis disseritur, egit CHERBONNEAU [b]

Inter Scriptores, de Africâ, Aegypto, aliisque terris exponentibus, jam *ante* Scripta post At-tenbuctī adductī memorandus

---

a) Vid. *Z. d. d. m. G.* IX, p. 521 et seqq. De Ibn Baba, a BARTHIO contra DE SLANEI (in Repert. *Revue Africaine* 1, p. 290) invectiones defenso, vid. *Z. d. d. m. G.* XI, p. 561 et seq.

b) Conf. *J. A.* 1855 Oct.-Nov., p. 391 et seqq., coll. *Z. d. d. m. G.* X, p. 535.

l.

fuisset, si *Chronologiam* spectas, aequalis ipsius, *Ibn Batūta* (+ 779, s. 1377) [a], cujus Geographicorum recensionem, in compendium redactam, Anglice a. 1829 Sam. Lee [b], iterque per *Africam interiorem* de Slane [c], per *Africam* vero *septentrionalem* et *Aegyptum* Cherbonneau [d] Gallice ediderunt. Defrémery*o* debemus itineraria per *Persiam*, per *Asiam mediam* [e], et per *Asiam Minorem* [f]; Ed. Dulaurier*o* iter per *Sumatram* et *Javam* [g], omnia item Gallice reddita; Arnold*o* denique *Arabicum* textum itineris *Ceylanici* et *Sinici* [h]. Hae tamen partes, sive Arabicae, sive aliis sermonibus conversae, doctisque animadversionibus illustratae, desiderium *totius* editionis *Arabicae* nondum exstinguebant, cui nunc satisfaciunt, huic provinciae gerendae aptissimi, Viri Doctissimi Defrémery*us* et Sanguinetti*us*, eam editionem, cum

---

a) De eo vid. J. G. L. Kosegarten *Comment. de* Moh. Ebn Batūta — *ejusque Itineribus* (1818), Rein. l. l. I, p. clvi et seqq., et de Slane *I. A.* 1843 Mars, p. 182 et seqq.

b) *The Travels of Ibn Batuta*, Lond. 1829. In notis praeter nostrum المراصد sec. Cod. Cantabr., usus est Vir cl. Abū'l-fedâ, Al-Idrīsīo, aliis. In his etiam, v. c. p. 25 est: كتاب الاسارات في معرفة الزيارات, etiam simpliciter dicto كتاب الزيارات, Auctore Alīo ben Abī Bekr *al*-harawīo (+ 611 s. 1215), de quo vid. Rein. l. l. I, p. cxxvii et seqq., et Fraehn *Ibn Foszlan*, p. vii, cujus Scripta item consuluit Jāqūt; vid. in v. غزنة, ubi l. الهروى.

c) Vid. *I. A.* 1843 Mars, p. 181 et seqq.

d) *Voyage du Cheikh Ibn Batoutah à travers l'Afrique septentrionale et l'Égypte au commencement du* 14e *siècle.* Paris 1852 (*Extrait des Nouvelles Annales de Voyages* 1852).

e) *Voyages d'Ibn Batoutah dans la Perse et l'Asie centrale.* Paris 1848 (*Extr. des Nouv. Ann. de Voy.*, Tom. XIII 1848).

f) *Voyages d'Ibn Batoutah dans l'Asie Mineure.* Paris 1851 (*Extr. des Nouv. Ann. d. Voy.* 1851).

g) Vid. *I. A.* 1847 Févr. et Mars.

h) Ex Cod. Goth. in Arn. *Chr. Ar.* p. 102 et seqq., coll. p. xvii et seqq.

Gallicâ versione junctam, impensis Societatis Asiaticae Parisiensis omnium applausu parantes [a].

Eodem seculo, quo Ibn Batūṭa, sed 28 annis ante eum mortuus, alius floruit Geographus, qui de multis item terris scripsit; Śihabo'*d*-dīn Abu'l-'Abbās Aḥmed filius Al-qāḍī Moḥjo'*d*-dīn Jaḥja ben Moḥ. Al-kermānī Al-'omarī *Aś-śāfe'ī*, saepe dictus Ibn Faḍl'llah Al-kātib, s. etiam *Ad-dimiṣqī*, aut, ut ab aliis *hujus* nominis Viris distinguatur [b], *Al-'omarī Ad-dimiṣqī*, quem perperam Deguignes appellabat *Marakeschi*. Damasci, et sub Moḥ. ben Kelaun, Al-qahirae, publica munera gessit, quibus via ipsi patebat ad multa, quae *Historiam* et *Geographiam* spectant, accurate investigando. Mortuus est a. 749 (1349).

Librum conscripsit dictum, "مسالك الابصار في ممالك الامصار"; Opus 20 et fortasse pluribus voluminibus constans, quorum 5 servantur Parisiis N. 904, 1371, 1372 (olim Al-Maqrīzī), 642 et 583. H. K. Opus memoravit T. V, p. 506 N. 11861, eoque usi sunt Moḥ. ben Abi Bekr ben Ḥamd Al-Mostaufī Al-qazwīnī (+ a. 750 s. 1349), in Libro نُزْهَة القُلُوب (de quo vid. H. K. VI, p. 330), Al-Maqrīzī (+ 845), qui multa inde quae Aegypti histo-

---

a) Tomus I a. 1853, II a. 1854, III a. 1855 Parisiis prodiit titulo: *Ibn Batoutah*, *texte et traduction* par C. Defrémery et le Dr. B. R. Sanguinetti.

b) Distinguatur v. c. a شمس الدين ابو عبد الله محمد بن ابى طالب الانصارى الصوفى الدمشقى (+ 727 s. 1327), de cujus Libro نخبة "الدهر فى عجائب البرّ والبحر" vid. H. K. VI, p. 315 et seq., Fraehn *Mém. de l'Acad. de St. Petersb.* VIII, p. 582, et *Ibn Foszl.*, p. 136, 189, 192, 240, Rein. l. l. I, p. CL et seq., *Z. d. d. m. G.* V, p. 392, Chwolsohn *die Ssabier* I, p. 258 et seq., et II, p. XXVIII et seqq., 380 et seqq., et 647 seqq. Locos *Siciliam* spectantes inde edidit Amari in *Bibl. Sic.*, p. ۱۴۳–۱۴۹.

riam spectant, verbotenus descripsit, Abū'l-maḥāsin (+ 874) in Libro المنهل الصافي, As-sojūṭī (+ 911) in حُسْنِ المحاضرة (vid. *N. et E.* XIII, p. 162), Auctor porro sec. 9^{i}, Scriptor Libri دستور الانشاء (ibid. p. 164).

Postremum volumen de *Geographiâ* exponit. De eo Quatremère *N. et E.* l. l. p. 151-384 disseruit, et de nostro Auctore Rein. *Géogr. d'Aboulfeda* I, p. clii et seqq., d'Ohsson *Hist. des Mong.* I, p. lxiii, Defrémery *Voy. d'Ibn Bat. dans l'Asie Min.*, p. 4.

Pars ejus Operis ... 14 constat capitibus, quorum 6 eo Codice continentur. Reliqua 8, quae desunt, de *Jemane*, *regnis Africanis* et *Hispaniâ* exponunt. In 6^{o} tamen capite *Al-ḥegāg*i descriptio in eo Cod. item desideratur. Absolvitur enim Codex Mekkae delineatione. Graviter dolendum est nomina propria *virorum* et *locorum* in hoc exemplo saepe vitiose scripta esse, et puncta multis in locis deesse.

Huic incommodo subvenire studuit Quatremère egregiâ annotatione addendâ, quam pariter atque commentarios, quos in alios Libros, v. c. in Rasido'*d*-dinum (*Hist. des Mongols de la Perse* in *Coll. Or.* I, Par. 1836) conscripsit, quam saepissime in hoc Libro parando, praesertim ubi de Persarum terris et Mongolistāno sermo est, in nostros usus convertimus.

In parte *Ad*-dimisqī, a Quatremèreo ibi conversâ, de Turkistāno, Transoxaniâ, Qibgāq, Kowārezmiâ, Gilāno, Kurdistano, Asiâ Minore, et (quâ ex parte Quatremère multa hausit in Annot. ad *Hist. Sultanorum Mamlukorum* scribendâ) de Aegypto et Syriâ agitur.

In his terris adumbrandis Auctor non modo *Geographiam* explicuit, et *Historiam*, sed etiam *hominum mores*, *vestitum*, *numos*, *mensuras*, *proventus*, alia, descripsit. Multa tradidit, quibus dicta *Lexici* ... confirmantur et illustrantur, nec pauca, quae ibi desiderantur prorsus. Si quis porro Orientis, praesertim Asiae Minoris conditionem sub Mogolorum do-

minatione cognoscere velit, cum, earum rerum testem, in primis adeat (vid. v. c. l. l. p. 334 et seqq., 374 et seqq.).

Nec modo tradit quae ipse vidit (in *Indiam* v. c. etiam iter fecerat), sed multa item, quae ab aliis accepit, in quibus erant, earum terrarum indigenae, aptique rerum judices, qui ad ipsum, Muneris, quo fungebatur, causâ undique confluebant, quorum testimonio prudenter ponderabat, et cum aliorum dictis conferebat. Non enim solos *Moslimos* audiebat, sed et *Christianos*, inter quos *Dominicum Doriam* Genuensem, vulgo *Belbānum* dictum, saepissime (v. c. p. 338, 347, 351 cet.) excitat.

Ceterum ex antiquis Ibn Ḥauqal*um* diligentissime adhibet, quin verbotenus interdum descripsit (p. 241, 248 seqq.). Neque Al-Mas'udī*um* (p. 270) aut Abū'l-fedam intactum reliquit (p. 164).

Licet ergo Abu'l-maḥāsin in المنهل الصدفي in Nostrum, quia ipsi nonnumquam minus fide dignus videbatur, graviter invectus sit (Quatrem. l. l. p. 161), vehementer tamen gaudemus, Opus ejus non periisse, et optamus quam maxime, ut, quae supersint, aliquando, quantum fieri possit, *Arabice* edantur.

Sequatur *Al-Bākowī*, de quo hîc paulo latius excurrere mihi liceat, ut oblatâ occasione, ea tradam quae, hujus dictis ad nonnullas quaestiones in Libro المراصد obvias illustrandas utens, ipse animadverti.

De hoc Scriptore deditâ operâ primus egit anno 1789 Deguignes in *Not. et Extr.* II, p. 586-545, Codicem sequens Paris. n. 585, Librum complectentem كتاب تلخيص الاثار وعجائب الملك الغفّار [b].

Hunc librum ibi *magnam partem* Gallice vertit. Nonnulla enim, quae minoris momenti esse censebat, omisit. Haec tamen

---

a) H. K. II, p. 399 pro verbis الملك الغفار, scribit tantum الاثار.

indicavit *a*. Gallicam *totius* Libri versionem paravit J. J. Marcel *b*.

Pauca de hoc Scriptore tradidit C. d'Ohsson (*Des Peuples du Caucase*, p. xiii), paulo plura Reinaud (l. l., p. clxi), nonnulla Deguignes (l. l. p. 390).

In praefatione Auctor ipse se nuncupat, عبد الرشيد بن صالح ابن نورى الباكوى, et sic etiam appellatur apud H. K. l. l. Perperam in Cod. legitur, ut a Deg. l. l. p. 390 narratur, *Al-Bakousi*. Ex urbe enim باكوده, ut ipse tradit in hac voce (l. l. p. 510, coll. *Add.* ad v. باكو) erat oriundus. In eàdem praefatione (l. l. p. 390) porro testatur, se Librum absolvisse anno 816, quibuscum tamen in concordiam redigi nequit mentio mortis Al-Hosaini ben Ali Al-jazdanijae *c*, mortui in urbe Ūrmija a. 833 (1429), nisi ponis haec ab aliâ manu addita esse.

De fonte, ex quo Al-Bakowi Librum scribens, hauserit, Deguignes nihil statuere ausus est; qui si conjicit hoc Libro Librum contineri Jaquti, *in compendium redactum*, hoc partim inde explicandum est, quod Jāquti Librum nondum consuluerat, partim etiam, quia Codex, quo utebatur, *hujus* nomen in titulo gerebat (l. l. p. 390). Vera jam suspicatus est Fraehnius *d*, quae ab aliis, in primis a Wustenfeldio (in praef. ad *el-Cazwini's Kosmographie* II, p. viii) confirmata sunt; Al-Bākowīum nempe in compendium redegisse Al-Qazwīnī Librum آثار البلاد, cujus prior editio anno 661 (1263), posterior 674 (1276) conscripta est *e*, anno ergo 8° ante Al-Qazwīnī mortem, quae incidit in annum 682 (1283).

---

a) In v. مكة, p. 418; in v. بيت المقدس, p. 427; in v. بغداد p. 429; in v. رومية, p. 535; in v. سد ياجوج وماجوج, p. 536; in v. قسطنطنية, p. 538; et in v. ياجوج وماجوج, p. 544.

b) Vid. *J. A.* 1854 Mai-Juin, p. 561.

c) Vid. ibid. p. 468, ubi pro 333 leg. 833. *d*) *Ibn Foszlan*, p. 210.

e) Vid. Wustenf. l. l., II, p. ix. Similiter Al-Qazwinio diligenter usus

Quaestiones ex hujus et Al-Bākowīi Libri collatione orundas Wüstenfeld*ius* omisit, neque alius hodie usque tetigit. Quae ergo *versionem* legens, quam scripsit Deguignes, observavi, paucis tradam.

Libri Al-Qazwīnīani formam, in 7 partes pro 7 climatibus divisam, Al-Bākowī servavit, singulorumque climatum loca, de quibus egit, secundum ordinem Alphabeti, ut ille, disposuit [a]. Non *omnia* tamen, de quibus Al-Qazwīnī locutus erat, recepit. Permulta, quae in *posteriore* recensione, quam Wustenf. edidit, leguntur, omisit, adeo ut loca de quibus egit, numerum 464 non excedant.

In clim. 1° transiit: بكل (Al-Qazw. II, p. ۱۱), جوف et حرث (p. ۲۲), دلان ودموران (p. ۲۵), ذات الشعبين (p. ۲۶), شمخ (p. ۳۲), كنام et كؤار (p. ۳۸), مذيخرة (p. ۴۰), et مهرة (p. ۴۱).

In clim. 2°: تكماباذ (p. ۵۲), جزيرة الشجاع et جزء القصر (p. ۵۵), رحابطان (p. ۶۱), صنف (p. ۶۴), طيفند (p. ۶۶), وردار (p. ۶۸), كنزة الندهة (p. ۷۰), وفران (p. ۷۳), مغمس et مهمة (p. ۸۳), المشقر et بترب (p. ۸۴) et (p. ۸۷).

In clim. 3°: ابسوج (p. ۹۳), اغيبق (p. ۱۰۰), اورم ما انطوطيس (p. ۱۰۴), بدا et براق (p. ۱۰۴), بنارى et بنورت (p. ۱۰۶), الجوز (p. ۱۱۵), الحجابية, جاشك et جالطة (p. ۱۱۷), جزيرة الجساسة, دارا (p. ۱۲۰), حوران (p. ۱۲۴), خبيص et خربة الملك (p. ۱۲۵), دير ابى هور (p. ۱۳۱), ساخا (p. ۱۳۵), سمنود, سنحل, سنون,

---

est 'Ibno'l-Wardī, centum fere annos post illum vivens, in Libro خريدة العجائب ; vid. S. Freund *de rebus die resurrectionis eventuris*, *fragm. ex Libro Ibn Al-Vardii*, 1853, p. 19 et seqq. et 26.

a) Sunt tamen multae exceptiones. Ordo nempe literarum, a quibus nomina *incipiunt*, religiose servatur, literarum vero, quae *deinde* sequuntur, haud raro turbatur, ita quidem ut fere opineris, nomina, alieno loco inserta, ut سلطانة (de quo vid. in *Add.*), ab alio addita, aut fortasse ex autographo Scriptoris, hoc post editum Librum suâ manu augentis, sumta esse.

سولة et سيلون (p. ۱۳۶), شرشال et شطا (p. ۱۳۹), صفت (p. ۱۴۲), الغاربان, عزاز (p. ۱۴۷), عسكر مكران (p. ۱۴۸), عمن جارة (p. ۱۴۱), كدال (p. ۱۶۱), مبس (p. ۱۶۰), قرية عبد الرحمان et قرية صاهك (p. ۱۵۰), ماسبدان et ماردين, اللاجون, كوزا et كفرنجد (p. ۱۶۵), منية هشام, ملبانة (p. ۱۸۲), المرة (p. ۱۷۴), المرهب (p. ۱۷۳), مورجان et نابلس, ناصره et نعراوه (p. ۱۸۴), واعصة (p. ۱۸۵), هدباجان, هراة, يابسة et باهد (p. ۱۸۶ et seq.).

In clim. 4°: اردبيهشنك (p. ۱۹۳), ارسلان (p. ۱۹۴), ابلابسنان (p. ۲۰۲), بالس (p. ۲۰۳), بلد (p. ۲۲۵), جبل (p. ۲۳۳), جرجرايا (p. ۲۳۵), خوست et دامسيان (p. ۲۴۴), دور et داوردان (p. ۲۴۵), د' العذارى et د' الخناعس, دير الحجب et زراعه (p. ۲۴۷ et seq.), سرجهان et سمران (p. ۲۶۱), شاذباخ et شاه دز (p. ۲۶۴ et seq.), شكمنة (p. ۲۶۶), صيمرة (p. ۲۶۸), الطاهرية (p. ۲۷۰), طرابلس (p. ۲۷۳), طروز et طوزف (p. ۲۷۴ et seq.), عزان et عفرفوف (p. ۲۸۳ et seq.), غرشستان et غريان (p. ۲۸۵), كران (p. ۲۹۰), كمدر et كنكور (p. ۳۰۰ et seq.), ماذران et ماذروسان, لنبان, ليحواست, النعمانية (p. ۳۰۳ et seq.), نصيرابان et النهروان (p. ۳۰۱ et seq.), et دل (p. ۳۱۶), et دل (p. ۳۲۸).

In clim. 5°: ارطانة (p. ۳۳۲), افرنجة (p. ۳۳۴), انعره (p. ۳۴۰), بسطة et بلفور, بيضاء et جنبذى (p. ۳۴۴ et seq.), رودن, سبتة et سبرى حصار, سرقسطة et شغنسة, شنت (p. ۳۵۸ et seq.), طرطوشه et طليطيرة (p. ۳۶۶), عنجرة, قبره et قرية شنغنيره (p. ۳۶۴), مارب et مادس et مهمين, ترمنيره (p. ۳۶۸), مسطلونة (p. ۳۶۹), وادى المسنطيله et مربيطر (p. ۳۷۱), مالطة (p. ۳۷۳), والوطه et الحجاره (p. ۳۷۸).

In clim. 6°: بمبغر, ترکسنان et رذوم (p. ۳۸۱), شابر (p. ۴۰۳), كرمالة et كرتنة (p. ۴۰۸).

In clim. 7°: باطس الروم (p. ۴۱۰), بلجنه (p. ۴۱۲) et واطربورونة (p. ۴۱۵).

Deinde haud pauca nomina *alio loco* atque in edit. Al-Qazw.

Wüstenfeld*iana*, Al-Bākowī inseruit. Quae memorans minus cogito nomina in *eodem* climate alio loco posita, ut p. 413 (coll. Al-Qazw. p. ٩١) زغر, cujusmodi olim fortasse omissa ac postea margini mandata fuerint, sed nomina potius specto, quae Noster ex *alio* climate in aliud transtulit. Sic p. 404 عدن ex 2° (ap. Al-Qazw. II, p. ٩٧), in 1^um^; p. 421 هجر ex 3° (II, p. ١٨٩), in 2^um^; p. 424 ابلة (ubi pro *Ibla* leg. 'Obolla s. *al-Obolla*) ex 4° (II, p. ١٩.), in 3^um^; et sic seqq. p. 427 بابل et البصرة (II, p. ٢٠٢ et ٢٠٥), p. 428 بغداذ (II, p. ٢٠٩), p. 434 الحضر (II, p. ٢٣٧), et p. 435 الحويرة (Al-Bāk. sine *Art.*, quem addit Al-Qazw. II, p. ٢٣٠ et L. G. in v.), p. 438 دير حزقيل, الغبارة (II, p. ٢٣٧ et seq.), et دوراق (sic leg. pro دورات, vid. II, p. ٢٣٩) ; p. 440 ساباط (l. l. p. ٢٥٧) et سامرّا (p. ٢٥٨); p. 444 طيب (p. ٢٧٩); p. 445 et seq. عانة, عباذان, العراق (p. ٢٨٠), et غزنة (p. ٢٨٩); p. 449 فم الدبل (ut Al-Qazw. II, p. ٢٨٩, ubi Al-Bāk. فم الديك); p. 454 كرخ (p. ٢٩٨), كسكر (p. ٢٩٩) et كونا (p. ٣٠١); p. 459 المشان (p. ٣٠٨); p. 460 ميسان (p. ٣١٠) et المدائن (p. ٣٠٣), et p. 462 واسط (p. ٣٢٠), quae omnia ex 4^to^, ut ap. Al-Qazw. locis laudatis, ab Al-Bākowīo in 3^um^ clima transponuntur. Contra p. 467 آمد et p. 468 ارمينة ex 5°, ut ap. Al-Qazw. p. ٣٣٠. et ٣٣٢, in 4^tum^; sed p. 472 انطاكية (p. ١٠٠), p. 473 باميان (p. ١٠٣), p. 483 دورق (p. ١٣٠), pro quo ibi perperam scribitur دَرْبن, p. 490 طبرستان (p. ١٤٤), p. 491 طرسوس (p. ١٤٩), p. 492 عكة (p. ١٤٨), p. 496 ماردين (p. ١٧٢) et p. 498 ماسبذان (p. ١٧٢), ex 3^to^ in 4^tum^; et porro p. 498 مراغة (p. ٣٧٧) et ميافارقين (p. ٣٧٩) ex 5^to^ in 4^tum^; deinde p. 509 باكويه (p. ٣٨٩), et p. 518 شروان (p. ٤٠٣) ex 6^to^ in 5^tum^; ac p. 520 فرغانة (quod Al-Qazw. p. ١٥٩ in 3° et p. ٤٠٥ in 6° collocat), ab Al-Bāk. in 5^tum^ transferuntur.

Causa quare Al-Bākowī in nominibus tum *omissis*, tum *trans-*

positis a recensione Al-Qazwīnīi, a WÜSTENFELDIO editâ, differat, exinde fortasse repetenda est, quod ille *priorem*, quam Al-Qazwīnī scripsit, editionem secutus sit, ab alterâ editione, quam WÜSTENFELDIO debemus, in multis diversam, et hac multo breviorem [a].

Hanc tamen breviorem editionem Al-Bākowī rursus in breve compendium redegit. Quatenus hac de re ex solâ, quam DEGUIGNES paravit, versione, quae sola mihi praesto est, judicare licet, de locis, de quibus Al-Qazwīnī *bis*, Al-Bakowī *semel* tantum ubique loquitur. Sic de الكبيرة Al-Qazw. in 2° (II p. ١٣٣) et in 3° climate (p. ٣٠.) disserit; Al-Bākowī vero p. 454 tantum in 3°; et quae ille l. l. p. ١٩٣ et ٣٣٢ de ارمينية, p. ١٥٦ et ٣٠٥ de غرغانة, p. ٣٦٨ et ٣٠٥ de فارياب observavit, Al-Bākowī p. 468, 520 et 537 et seq. in unum locum conjunxit.

In his tamen copulandis, *Auctorum nomina*, quorum auctoritate Al-Qazw. sua dicta refert, et omnia quae affert *carmina*, Al-Bākowī omittit; de العجائب et *loci descriptione* breviter exponit; *proventus* vero, *animalia*, *metalla*, alia hujusmodi, numquam transit. Minus tamen curat vulgo *traditiones de viris sanctis*, et *uberiorem* de viris *doctis* disputationem. Praeterea non mirum est, textum Al-Qazwīnīi et Al-Bākowīi saepe paululum differre, ac multa in modo dictis quoque haud raro transponi, quin etiam vitia sexcenties commissa esse, quae tamen utrum Al-Bākowīo, ejusve Librariis, an Gallico Interpreti [b] tribuenda sint, dubium est.

---

a) De his recensionibus vid. WÜSTENF. in praef. ad Vol. II, p. VIII.

b) Vitia *huic* tribuenda transeo, quae etiam si nunc vixisset, ipse emendasset; v. c. si ignorat, quid significet وهندز, aut si (ut p. 453, coll. Al-Qazw. II, p. ١٩٣ l. 2 a f.) verba صاحب الكرامات ولـه اشعار بالعجمية reddit, *auteur d'un ouvrage et d'un poeme persan de ceux, qu'on appelle karamat*; cet.

In *numeris* haec vitia saepissime latere, nemo non intelligit. His igitur omissis, *nomina propria* potius attendamus.

P. 399 pro *Scheban* et *Tartam* leg., شبام et تريم, ut ap. Al-Qazw. II, p. ۴۳. P. 401 pro سنديل l. سندابل, et pro شَجْر, شَحْر. P. 402 pro عبد الملك بن رواق, postrema vox leg., مروان. P. 404 pro *Aden ben Ismail*, Al-Qazw. II, p. ۹۷ exhibet, عدن ابن سنان. P. 405 pro كاكرمه l. كاكَدَم; vid. *L. G.* II, p. ۴۷۳ n. 2; et ibid. p. 405 pro بنجويه, لنجويه. P. 406 pro ماقدشق, l. مقدشو. P. 411 pro سعوطر, l. سفطرى (Al-Qazw. II, p. ۵۴). P. 412 pro مُسْتَقِين, Al-Qazw. II, p. ۵۹ l. 6 a f., مُشَقَّف. P. 414 pro غَزْوَان, Al-Qazw. II, p. ۶۴ l. 6 a f., عَرْوَان; deinde ibid. pro مَغْرُوسين, Al-Qazw. II, p. ۶۸ المفروش. P. 415 pro قَبّه l. قُبَا. P. 416 pro كوكم l. كولم. P. 417 pro *le tamar assini*, Al-Qazw. II, p. ۷۱ التمر الصّيباحانىّ. P. 418 وامّ الحجاج pro وامر الحجاج. P. 422 pro *le moumnani ou moumiani*, leg. ut ap. Al-Qazw. II, p. ۹۴ l. 5 a f., المومیا; ibique pro اردن, الاردنّ. P. 435 دمسيدان pro دمندان. P. 438 sermo est de دير خرفيل, et de Prophetâ *Kharkil*. Leg. حزقيل (*Ezechiel*); ibique داور pro داوردان. P. 439 l. رقادة, dele رفاوة, et pro ركندر l. زكندر. P. 444 pro anno H. 665 (quo moriebatur Solaimān ben Aḥmed), l. (ut ap. Al-Qazw. II, p. ۱۴۹), 260. P. 445 in v. عين الشمس pro بئر, l., ut ap. Al-Qazw. II, p. ۱۴۹, سرير. P. 446 pro *Khababa* l. جَنّابة (ibid. II, p. ۲۸۰). P. 449 pro *la sagesse Khataïenne*, ut ibid. II, p. ۱۵۹ l. 15 a f., l. الحكم الخَطّابيّة, et ibid. pro *Schidrir*, شبديز. P. 453 in v. الكوفة pro *Abou Hamsa* l. (ut II, p. ۱۹۷ l. 12), ابو حنيفة. P. 454

l. 2 pro *Sophjan* l. جبير, et pro anno 354, l. 65. *Ille* annus sumtus est ex iis, quae deinde de Al-Motanabbio ap. Al-Qazw. p. ۱۹۹ et seq. traduntur. P. 455 مجات pro مجانة (II, p. ۱۷۲ in f.). P. 460 pro مُمْشَنان l. المَشان. P. 465 pro اوة l. آبه; ibique pro *Soulan*, *Sabalān* (Al-Qazw. II, p. ۱۸۹ l. 2). P. 467 pro anno 227 l. 627, coll. ibid. II, p. ۳۳۰, ubi sermo est de proelio commisso inter Kowārezm-śahum et Tataros prope آمد. P. 468 pro التوناوند l. اسنوناوند (II, p. ۱۹۵). P. 470 pro *Kharmiin* l. خَرْمَيْثَن (II, p. ۱۹۹ l. 2 et *L. G.* in v.). P. 473 pro بردجرد l. بروجرد, et dein pro *Thimour*, طيغور (Al-Qazw. II, p. ۲۰۵). P. 475 pro *Barmec fils de Khaled* (ut l. l. II, p. ۲۲۲ l. 3, et in *L. G.* in v. نوبهار), l. برمك ابى خالد (الى); et dein pro *Kartar*, كُرَيْز. P. 478 pro جردبادقان (ut l. l. II, p. ۲۳۳ et in *L. G.*) l. جربادقان. P. 481 pro *Arouri*, l. (ut II, p. ۲۴۲ l. 11), الانورى; et pro *Zarnac*, الزنيق, ut ibid. l. 10 a f.; *L. G.* fluvium nuncupat زرنيق. P. 483 pro دَزُون l. (ut II, p. ۱۳۰), دورق. P. 485 in v. رحبة الشام pro *Abou hamed* l. ابو جابر; in v. روذبار pro anno 722 l. 322; et pro رودرواد (ut II, p. ۲۵۰) رودزاور. P. 487 pro رواوه (ut II, p. ۲۵۶), زواه. P. 490 pro شير l. شيز, ut II, p. ۲۶۷, et in *L. G.* in v.; dein pro *Sailan*, سبلان. P. 493 pro غور l. الغور, et pro *Pherat*, *Herāt*; fluvius enim, qui per *Al-gūr* transit, vocatur نهر هراه (ibid. II, p. ۰۰۰. P. 494 pro *Casr al-Gardirass*, l. قصر اللصوص (II, p. ۲۹. l. 10, et Abū'l-fed. p. ۴۱۵ in v.). P. 498 pro ماسيدان l. ماسبذان (ibid. II, p. ۱۷۲ et *L. G.* in v.). P. 500 همذان urbs vocatur *Mesopotamiae*; l. الجبال (ibid. p. ۳۳۳). P. 503 pro *Abkara* et *Abkhadh*, l. ابخاز (II, p. ۳۳۱), et pro *Hira* et *Khabza*, جَنْزة (vid. ibid. et *L. G.* in v.). P. 505 pro انس l. النس (II, p. ۳۳۷

et *L. G.* Hodie vocatur *Elcha*). P. 507 murus Bābo'l-abwāb*i* dicitur esse *trium*, l. *triginta* parasangarum (ثلثى فرسخ, II, p. ٣٤٠). P. 508 pro بَسْتَم l. بُتْم, ut II, p. ٣٤٢, et in *L. G.* in v. P. 512 pro جَنْرة et p. 513 pro *Djiabra* vel *Djiouza*, l. جنرة (II, p. ٣٥١ et *L. G.* in v.). P. 515 pro *Take*, l. ut II, p. ٣٥٨ et in *L. G.* in v., تاكُرْنَا. P. 518 pro سَبِيلة l. شبلية, ut II, p. ٣٦٣; *L. G.* الشبليه; et paulo post دلف pro دلف. P. 523 pro كبلة l. لبلة, ut II, p. ٣٧٢ et in *L. G.* in v. Ibid. pro كشمونة l. لشبونة (*Lissabon*), coll. *L. G.* P. 526 pro *Djiouin* l. خُوَىّ, ut II, p. ٣٨١ l. 15 et *L. G.* in v. P. 528 pro ارث et *Arnschia*, l. اريشة, ut II, p. ٣٨٩: ibid. pro *Bouira* l. بريرة (*Paris*), ut II, p. ٣٨٨ l. 16. P. 529 pro بَرْدَميل l. بُرْدِيل (II, p. ٣٨٩), s. بردیل (Abu'l-fed. p. ٣٥), *Bourdeaux*. P. 530 pro بركاس l. بُرْطاس (II, p. ٣٩٠). Ibid. pro بَنْحناك et العراح, بَنْجناك et بَغْراج (ibid.). P. 532 pro الكَرْلَج l. الكَرْلَخ, s. الخرلخ, ut II, p. ٣٩٢. P. 534 pro كيمار l. كيماك; vid. *L. G.* in v. P. 535 pro *Maryactos* et *Marnous* l. (ut II, p. ٣٩٧ l. 3 a f. مار بطرس et مار بولس. Sermo est de ecclesiâ *Petri* et *Pauli* in urbe Romae. P. 543 pro مَشْقة l. مشقة (*Moscou*), II, p. ۴۱۵, et pro ورنک (ut II, p. ۴۱۹), وَرَنْک.

Alibi, similia iis quae supra (p. LXXXIV l. 1) ex p. 454 attuli, vitia exstant, ex oculorum errore orta, quo factum est, ut nonnulla ex *seq.* voce in *praecedentem* transferrentur. Sic p. 415 ea quae Al-Qazw. II, p. ٩٩ de كله tradit, ab Al-Bākowīo ad v. كلبا, referuntur, et p. 422 in v. ابيار de *ventis vehementibus* sermo fit, de quibus Al-Qazw. (II, p. ٩٣) loquitur in v. اجر. Ac

similiter p. 518 in v. شلّت (sic leg. pro *Schabar*), verba تفاحها ad الفريج (Al-Qazw. II, p. ٣٦٤), Al-Bākowī perperam ad eam urbem transtulit ex seq. voce سنترة.

Quamvis igitur ex hac vitiorum serie manifestum est, tenue Al-Bākowīi Compendium, sordide ab eo conscriptum, et a Libra-riis pejus etiam redditum, quin ab Interprete perperam lectum saepe et magis corruptum esse, nihilominus et suas hoc prae-stat utilitates.

1°. Enim considerentur *ea, quae* ille Al-Qazwīnīi dictis *addidit.*

Plerumque Al-Bākowī locorum, de quibus acturus est, *situm* accuratius designare studet, gradibus *longitudinis* et *latitudi-nis* notandis. Praeterea animadversiones interdum apponit ma-joris minorisve momenti; sic v. c. p. 420 dictis Al-Qazw. II, p. ٨٥ et seq., voci هند, verba adduntur: *dont les rois font leur residence à Canoudje.*

P. 447 verba مدينة عظيمة, apud Al-Qazw. in initio vocis غزنة (II, p. ٢٨٩) desiderantur.

In primis tamen pluribus agit de Adirbaigane, et tractibus, Mari Caspio propinquis.

Sic p. 465 in voce اذربيجان, mons memoratur *Sahand* (سهند), inter Tabrīzum et Mar[illegible], in montium jugo altissimo, cu-jus vertex aeternâ quidem nive tectus, sed inferius aquis, agris cultis, et fonte aquae calidae instructus est. Al-Qazw. II, p. ١٨٩, de eo monte non loquitur, sed de eo conf. Quatre-mère in *Hist. des Mong.*, p. 104 et 318, et, qui recentiorum itineratorum de eo monte et jugo observationes tradit, Ritter *Erdkunde* VIII, p. 15, 616, 629, et IX, p. 764, 788, 826, 828 et seqq.

Ibid. deinde pluribus quam apud Al-Qazw. l. l. 1) sermo fit de *cursu Araxis* (الرسّ; vid. *Add.* ad *L. G.* ad h. v.); 2) de metallis in Adirbaigane obviis.

P. 476 de urbe تبريز observat nonnulla, quae apud Al-Qazw. II, p. ٣٣٧ non exstant.

P. 481 de حيزان, urbe in Dijār Bekr, tradit, hanc urbem [illegible] etiam *abundare*. De hac urbe et de dictis p. 484, ubi agitur de loco دارمار, s. دازمان, de سلمان, et de urbe سلطانية (p. 488), vidd. *Add.* ad *L. G.* De postremâ tamen urbe, conditâ quippe anno 785, Al-Qazwīnī, mortuus anno 682, loqui non poterat.

P. 499 mentio est de urbe مَرْنْد, ab Al-Qazw. omissâ, sed in *L. G.*, at breviter descriptâ. Al-Bākowī hanc nuncupat urbem antiquam, 10 parasangas ab urbe Tabrīz remotam, terrae fertilitate, aquarumque copiâ et scholâ, ab Atabeko Ismāīl conditâ, olim insignem, hodie vero vastatam. Prope urbem, ut ait, mons est *Mischād* [a], altissimus, hortis, agrisque cultis et torrentibus conspicuus.

P. 509 loquitur Al-Bākowī de urbe suâ natali ab Al-Qazw. descriptâ II, p. ٣٧٩. Hunc tamen ille jam non presse sequitur, ut solet, neque in compendium redigit, sed suâ plerumque viâ incedens, ipsius dicta multis auget. Urbem, ab Abu'l-fed. p. ٣٩١ dictam باكوى, ut Al-Qazw. et *L. G.*, vocat باكويه; hanc vero, non ut Al-Qazw. in 6°, sed in 5° clim. ponit; vidd. *Add.* in v.

P. 519 ad oppidum, in tractu *Derbend* situm, شابوران, pro quo Al-Qazw. II, p. ٤٠٣ scribit شابر, et *L. G.* شابَران, observat, quae Al-Qazw. omisit: »il y vient beaucoup de plantes, propres à la teinture, et dont on fait commerce."

---

a) Mons in *L. G.* non memoratur. Videtur esse mons, quem Ruysbroek a. 1253 nominat *Massis* (vid. Ritter *Erdkunde* X, p. 362 et seq.. Nomeu fortasse مشاذ pronunciandum est. De مَرْنْد vid. Ritter l. l. VIII, 126; IX, 767, 782, 791, 826, 836, 907 et seqq.

P. 525 iterum de urbe Aderbaiganis est sermo, quam transiit Al-Qazw., sed *L. G.* memoravit. Noster de eâ haec habet: »نقْجَوان. Longit. 81-85, latit. 33-40. Quae deinde sequuntur, ad v. نقجوان in notis arabice edidi.

Praeter animadversiones *geographicas*, Al-Bākowī nonnulla interdum addit, quae *historiam* spectant *literariam*, et his dicta Al-Qazwīnii supplet, aut aliis etiam viris, quos melius noverat, vel quorum mors post illius obitum incidit, auget.

P. 442 v. c. tradit, in urbe Sirāz mortuum esse Qotbo'*d*-dīnum Mahmūd ben Masūd As-sīrāzium, dictum اسناذ العَلَمات, in urbe Tabrīz, mense Ramaçanis anni 716 (1319).

P. 447 in v. غزّه memoratur Abu Abdo'llah Moh. ben Idrīs, mortuus in Aeg. anno 240 H. (854), aetate 54 annorum *a*.

P. 468 urbs ارمية dicitur patria fuisse Al-ḥosaini ben Alı Al-jazdāniār (البَرْدانيار), mortui 533 (lege 833), et in hac urbe sepulti.

P. 474 ab urbe بغشور cognominatus esse dicitur ابو الحسين احمد بن محمد النّورى. Al-Qazw. II, p. ٣٢. omittit verba, احمد بن محمد, et pro النورى, ibi legitur النّورى; sed perperam, ut videtur. Lectionem Al-Bākowii etiam tuentur, notante Wustenfeldio, Codices *a* et *b* Qazwiniani, et de nomine relat. النورى vid. Lobbo'l-lob. in v.

P. 476 in v. باخرز occurrit nomen ابو الحسن على الباخرزى. Al.Qazw. II, p. ٣٣٩ l. 9 a f. على omisit, et praeterea, quem Al-Bākowī adduxit, Saifo'*d*-dīn Saīd Aç-çufī, ex illâ urbe oriundi, et mortui a. 655 (1257).

P. 480 in v. جـودـن memoratur mors Vezīri Samso'*d*-dīni

---

a) De eo vid. Abū'l-maḥ. I, p. ٧٣٧ l. 2 a f., mortem ejus referens a. 241.

Moh. ben Moh., occisi a. 683, s. 1284, anno ergo post mortem Al-Qazwīnī. De illo vid. C. D'Ohsson l. l. IV, p. 4 et seqq.

P. 487 inter eos, qui ex urbe الرّيّ oriundi sunt, affertur etiam Abū Bekr Moh. ben Zakarja Ar-rāzī, mortuus a. 311 s. 320 (923 s. 932), de quo vid. Chwolsohn *die Ssabier* I, p. 201, et II, p. XIV et 373.

P. 492 Viris, in urbe طوس natis, additur celeber Astronomus, Naçiro'*d*-dīn Moh. A*t*-tusī, mortuus Bagdāde a. 672 (1273).

P. 495 a pago قصران prope الرّيّ nuncupatus esse dicitur Mathematicus Jaqūb Al-qaçrānī. Al-Qazw. II, p. ٣٩٥ vocem يعقوب omisit.

P. 514 urbs خيوق patria esse dicitur Viri, ابو الجناب احمد ابن عمر بن محمد الخيوقى, mortui a. 610 (1213). Hic autem perperam ibi vocatur *Abou Khebab*, adduntur vero alia ipsius nomina, quae transit Al-Qazw. II, p. ٣٥٥, نجم الدين الكردى.

P. 518 شروان patria etiam vocatur Poetae افضل الدين الخاقانى, mortui a. 581 (1185), quem Al-Qazw. II, p. ٤٠٤ etiam omisit.

Liber Al-Bākowī denique saepe juvat ad lectiones apud Al-Qazwīnīum obvias, si dubiae sunt, melius dijudicandas, si falsae, emendandas.

Ut supra in dictis de الموزى (p. LXXXVIII), sic. ut observavi II, p. ٣٧. in n. 4, Al-Bakowī cum duobus Codicibus Qazwinianis pro الفيافى, ut Al-Qazw. II, p. ١٢ l. 10, recte legere videtur الغمانى. Ac similiter alibi textus editus Al-Qazwīnī ex Al-Bākowīo emendari potest.

Lectio تومر v. c., II., p. ٦٣ in v. السند l. 14 a f. dubia est. H. l. sequentia leguntur: قالوا السند والهند كانا اخوين من ولد توعمر بن يقطن بن حام بن نوح. Pro توعمر, Al-Bākowī l. l. p. 413 habet *Yafar* i. e. يعفر. Num fortasse leg. يَعْفُور? Fatendum tamen est istud توعمر recurrere apud Al-Qazw. II, p. ٨٥

l. 4, in v. الهند. Ibi vero Al-Bākowī (*N. et E.* II, p. 420) hoc nomen omisit. GILDEMEISTER utroque loco (*Script. Arab. de rebus Ind. Loci et Opuscula*, p. ٣, 6 et ٧٣, 13, coll. p. 204 et 217) scripsit يوفر.

Al-Qazw. II, ٦٨ l. 12 legit فيصور. Recte Al-Bāk., p. 414 قنصور. Vidd. *Add.* ad II, p. ٣٧٣.

De Alexandro magno praeter II, p. ١٥٥ sub finem, Al-Qazw. etiam locutus est ibid., p. ٩٩ l. 12 a f., quo loco Al-Bāk. usus est l. l., p. 423. Hîc Alexander vocatur *filius Philosophi Graeci*. Al-Qazw. hîc vero habet ابن بنت الفيلقوس الرومى. Pro penultimâ voce sine dubio leg. فيلقُوس, quâ ratione *Philippi* nomen ab Orientalibus corrumpi solet. Sic nempe nomen scribitur in *Ann.* Hamzae Ispah., p. ٧٩ l. 4 a f., et in traditionibus adductis a SPIEGELIO (*die Alexander-sage bei den Orientalen*. Leipz. 1851, p. 15, 33 in n., et 52). Haec lectio deinde corrupta est in فيلْسُوف, quo facto *Art.* ei praefixus est. Hanc vocem DEGUIGNES in suo Cod. legisse videtur. Abu'l-fed. *Hist. ante-isl.*, p. 76 scripsit فيلبس.

Seqq. loci porro in eodem Al-Qazw. libro emendentur.

P. ١٣. in v. شراز, collato Al-Bak. l. l. II, p. 442, ante الدولة addatur عضد.

P. ١٥٩ l. 13 a f. et deinde, pro بلهد lege بلهيد. Sic Al-Bak., p. 449. De Balhīdo enim, cantore Kisrae Abarwīz, hîc sermo est; et cum his conff. dicta Hamz. in *Ann.* p. ٩., ubi de hujus Regis in *cantum* et *musicen* amore loquitur.

P. ١٩٥ in v. كفرمندة, coll. *N. et E.* II, p. 453, pro مكّة leg. عكّة.

P. ١٧٧ l. 4 pro الدَّلَس, ut l. l., p. 457, leg. الدَّنْس (*juncus*). DEGUIGNES l. 7 pronunciat *dis*, locum tamen minime intellexit, legens pro جبال السفن, جبال السَّفَن.

P. ١٧٨ l. 12 pro سوريل lege cum Al-Bāk. (l. l. p. 458) سوريد. Abu'l-maḥ. I, p. ٤٠, 5 habet: سُوَيْرِد وفيل سويد. Pater ejus ab Al-Bākowīo vocatur *Sahlouk*, ap. Abu'l-maḥ. l. l. سلهوق.

P. ٢٤٣ in v. خوار pro ونسابور, Al-Bāk., p. 482 et *L. G.* in v. خُوار legunt وسِمْنان.

P. ٢٤٩ pro راس العبس, ut ap. Al-Bāk., p. 485, leg. راس العين.

P. ٢٨٧ l. 12 pro السنائى, cum Al-Bāk., p. 447, leg. السبائى, et vid. Lobbo'l-lob. in v.

P. ٣٣٨ l. 6 a f., et ٣٩٤ l. 13 pro باجة, l. تاجه. Vidd. *Add.* ad v. باجة et شترين.

P. ٣٥٥ l. 11 pro محجر, Al-Bāk., p. 511 legit مُحْيِى الدين. Sermo est de Poetâ البيلقانى.

P. ٣٨٧ pro ابولده, Al-Bāk., p. 527 ابرخند, quod Deguignes pronunciat *Abrkenda*, non vero explicat. Lectio Al-Qazw. servanda videtur. Intelligitur fortasse *Fulda*, urbs antiquissima, ante seculum nonum jam florentissima, et nomine *Fuldensis Coenobii*, s. *Monasterii*, ac *Bonifacii* sepulcro clara (Vid. Fr. H. Th. Bisschoff u. J. H. Moller *Worterb. d. alten, mittleren u. neuen Geogr. d.* Goth. 1829, p. 525). Sic explicantur verba Al-Qazwīnī: لا يسكنها الّا الرهبان ولا تدخلها امراه لانه اوصى شهيدها بذلك واسم شهيدها باج البب. *Sancti* nomen est corruptum. Hoc Deguignes, scribens *Tadgellabah*, legit تاج اللباه. Significatur fortasse Abbas Rabanus Maurus, Auctor libri de *Institut. Clericorum*, ab anno 825 *Abbatis* munere ibi fungens, et a. 856 Archiepiscopus Moguntinus mortuus, adeo ut باج الرّبّان, quae primaria fuerit scriptio, deinde per falsam pronunciationem in باج اللبان, باج اللباه, et per librariorum incuriam in باج البب transierit.

P. ٤٠٥ l. 14 a f. pro بلاد ساغو, ut ap. Al-Bāk., p. 537, leg. بَلاساغُون Vid. *L. G.* in v. فاراب.

Ab Al-Bākowīo ad An-nābolosium perginius, quem saepe in *Annotatione* et *Addendis* citavi. Vocatur Abdo'l-ganī 'Ibn Aḥmed ben 'Ibrāhīm, et florebat sec. H. 12° inunte. Erat Derwīs, adscriptus ordini eorum, qui dicuntur القادرية, et classi, cui nomen erat النقشبندية [a]. Patrem habebat doctrinae et poeseos laude clarum, Professorem tum Scholae Damascenae, dictae المدرسة الصالحية, tum Scholae, appositae Templo magno 'Omajjadarum, ubi Alqoranum interpretabatur. Patrem noster, ut ipse narrat, puer morte amiserat [b]. Ipse Damasci item habitabat, ac vir erat pius, ad Mysticismum proclivis, at multis tamen coaevorum praejudiciis liber, et doctrinâ plerisque superior. Ut sacram peregrinationem perageret, Sanctorumque sepulcra in Syriâ simul adiret, a. 1105 (1693) iter iniit. Aliud iter a. 1100 jam in Libanum, vallem Al-Beqā- et Hierosolyma susceperat, quod duobus Libris descripsit, altero: "الابريز في رحله بعلبك والبقاع العزيز"; altero: "الحضرة الانسية في الرحلة القدسية" [c]. Iter, quod ego in

---

a) De hac *classe* et eo *ordine* vid. Lane *Sitten u. Gebrauche der heutigen Egypter*, ex vers. Zenker*i* Tom. II, p. 57 et seq., et ipse Annābolosī in *Sitz.-ber.* 1850 Oct. p. 328.

b) Vid. *Sitz.-ber.* l. l., p. 347, ubi Filius etiam de nonnullis, quae Pater scripserat, Operibus loquitur. Ibid. p. 316 et 330 tria memorantur Opuscula, quae H. K., ipsius aequalis, transit. De *Patris*, *Matris* et *Avi* nominibus, vid. ibid. p. 320.

c) Neutrum v. Kremer sibi comparare potuit. Posterius v. Hammer (*Sitz.-ber.* 1849 Juli, p. 95) adducit titulo: رحلة من دمشق الشام الى القدس, addens, hunc Librum exstare in Bibl. Goth. Prioris Itinerarii exemplar servatur Lipsiae in Bibl. dictâ *Rehauia* N. 144: vid. *Z. d. d.*

meos usus converti, titulum gerit: الكعبيه والحجاز في رحلة بلاد الشام ومصر والحجاز. Prima ejus pars de *Syriâ* et *Palaestinâ* agit, altera de *Aegypto*, tertia de *Arabiâ*. Voce الحجاز *carmina* spectat, quibus Liber est refertus. Ad sepulcra nempe accedens, Noster haec carmine saepe celebravit [a].

Pars tertia sine dubio majoris momenti est, quam duae priores [b]. Viam ex Aegypto Al-Medīnam et Mekkam, et hinc Damascum accurate indicavit, atque urbes sacras cum locis vicinis, ritibusque sacris, qui in singulis locis peraguntur, fuse descripsit. Multis ad haec exponenda fontibus usus est. Affertur 1) p. 40 المشترك; 2) p. 51 Historia Mekkae, Auctore قطب الدين محمد بن احمد المكى (+ 988, i. e. 1580), titulo: روض المعطار كتاب الاعلام بأعلام بيت الله الحرام [c]; 3)

---

m. G. VIII, p. 579. H. K., qui Opus Bibliographicum a. circiter 1652 absolvit, et mortuus est a. 1658, *hos* et seqq. nostri An-nābolosi Libros memorare et cognoscere non potuit. *Unum* tantum adduxit alius prorsus generis, N. 14106 (VI, p. 404, coll. *Sitz.-ber.* 1850 Oct., p. 332). Longam Scriptorum suorum seriem Auctor ipse exhibuit (ibid. p. 339 et seqq.).

a) Hunc Librum v. Kremer, praemissis nonnullis de *Auctore*, in *Sitz.-ber.* 1850 Oct., p. 313-356 excerpsit, ubi de *primâ*; ibid. Dec. p. 823-841, ubi de *alterâ*; et ibid. 1851 Jannerheft, p. 100-139, ubi de *tertiâ* parte egit. Haec *tertia* pars separatim edita est, quâ editione usus sum in notis *textui arabico L. G.* suppositis. *Duas priores* partes in *Addendis* citavi ex dicto Repertorio, quod postea demum ad me pervenit. De Nostro et *universo* hoc Itinerario breviter exposuit Zenker in *Z. d. d. m. G.* VI, p. 127.

b) Praecipua Al-qāhirae aedificia describens, maximam partem Al-maqrīzium sequitur. Hujus tamen dictis nonnulla, quae ipse observavit, addidit.

c) Vid. de eo Dozy *Catal. Cod. OO. Bibl. L. B.* II, p. 171. Paratur jam editio textûs Arabici *Chronicorum urbis Mekkae*, a Wustenf. impensis Societatis orientalis germanicae edendi (vid. *Z. d. d. m. G.* 1856,

Auctore ابو عبد الله محمد الحميرى (+ 900, s. 1494 [a]; 4) ampla vitae Prophetae historia, 6 voll. constans, dicta سيرة النبهامى "تاليف الشيخ محمد الشامى [b], ex quâ p. 20 et seq. locus affertur de *architecturâ* primis Islāmi temporibus; 5) Ibn Ǧobair, p. 25; 6) Al-Māwerdī, p. 32; 7) As-samhūdī, qui Medīnae Historiam conscripsit, passim citatur. Hujus Libri, quem a. 876 (1471) absolvit, titulus est: ذرة الوفاء بما يجب بحضرة المصطفى, et plenum Scriptoris nomen: على بن عبد الله بن احمد الحسنى السمهودى [c].

De aliis quam plurimis *geogr. ephem.* Moslimorum Scriptis vid. Hammer's Catalogus in *Hertha* 1825 vol. III, ubi de 233 hujus generis Libris fit sermo, tum Arabicis, tum Persicis et Turcicis, quos ordine chronologico disposuit. His ergo omissis ad alia Scripta, recentiora praesertim, indicanda pergamus, quae enumeremus, singulas terras percurrentes.

Ab Arabiâ igitur incipienti, ut Al-iṣṭakrium aliosque antiquiores, supra jam allatos, omittam, recentiores potissimum memorasse sufficiat. In his fuerunt C. Niebuhr, Burckhardt, Botta [d], Wellsted [e], Noel Desvergers [f], Ritter [g], C. Th. Johann-

---

p. 743, et 1857, p. 165), ex quibus, dum haec typis exprimuntur, Qotbo'*d*-dīni Liber prodit.

a) Vid. H. K. III, p. 490.

b) Ab. H. K. non memoratur.

c) Vid. Dozy l. l. II, p. 172. Ex eo Libro Burckhardt (*Reis. in Ar.*, p. 533 et seqq.) locum de *templo Medinensi* vertit.

d) *Relation d'un Voyage dans l'Yémen, entrepris en* 1837 *pour le Muséum d'Histoire Naturelle de Paris, par* Paul Emile Botta. Paris 1841.

e) J. R. Wellsted's *Reisen in Arabien. Deutsche Bearb. herausgegeb. von Dr.* E. Rodiger, Halle 1842, 2 voll.

SEN [a], A. RUTGERS [b], V. HAMMER [c], WALLIN [d], BURTON [e], alii.

Ad res *Aegyptias* illustrandas praeter Ibn Batūtam, adii Abū'l-maḥāsinum, ac saepissime Al-Maqrīzium, tum in Libro "كتاب المواعظ والاعتبار بذكر الخطط والاثار", vulgo dicto "كتاب الخطط والاثار", quod primum tantum in Codd. Leydd.

---

f) *Arabie, par* M. NOEL DESVERGERS, *avec une carte par* M. JOMARD. Paris 1847. Praeter antiquiores Graecos, Romanos et Arabes, recentiores in suos usus convertit, in his SPETZENII, FRESNELII, CRUTTENDII, SADLIERI, REINAUDII, aliorum Scripta.

g) *Die Erdkunde*, Tom. XII et XIII.

a) *Historia Jemanae, e Codice MS. Arab.*, cui titulus est "بغية المستفيد في اخبار مدينة زبيد" concinnata. — Bonn 1828, cujus Auctor est *Wagīho*'d-*din Abdo*'r-*raḥmān ben Alı*, notus nomine *Ibno*'r-*rabī Al-jamanīo*, + 944 s. 1537. Sic H. K. ait II, p. 61. In Codice vero, quo utebatur JOHANNSEN, appellatur *Saifo'l-Islam Ibn Di-Jazan Al-faqīh Abdo*'r-*raḥmān Al-Arabī*; vid. JOH. l. l. p. 8, ubi de vitâ ejus etiam exponitur.

b) In Indice Geographico, addito *Historiae Jemanae sub Hasano Pascha*. Lugd. Bat. 1838.

c) Vid. supra p. LVII n. *a*.

d) 1) *Narrative, of a Journey from Cairo to Medina and Mecca, by Suez, Arabá, Tawilá, al-Jauf, Jubbé, Háil and Nejd, in* 1845. By the late Dr. G. A. WALLIN: in *Journ. of the Roy. Geogr. Soc. of London*, vol. XXIV, 1854, p. 115-207. 2) *Narrative of a Journey from Cairo to Jeruzalem viâ Mount Sinai*, ibid. vol. XXV, 1855, p. 260-290. De his vid. RODIG. in *Z. d. d. m. G.* X, p. 742.

e) *Personal Narrative of a Pilgrimage to el-Medinah and Meccah.* By RICH. F. BURTON. Lond. 1855, 3 voll. De eo vid. item RODIG. in *Z. d. d. m. G.* IX, p. 338 et X, p. 742, et GOSCHE ibid. XI, p. 617. BURTON iter fecit ex urbe Jambo Al-Medīnam et inde Mekkam. Tomus *primus* de itinere agit ad Jambo usque, *secundus* de urbe Al-Medinae, *tertius* de Mekkâ.

(372, 276, 371; vid. *Catal.* Dozy I, p. 182), deinde in ed. Bulāq. a^{i}. 1854, consului [a], — tum etiam in *Coptorum Historiâ*, a Wüstenfeld*io* editâ, ubi de *Monasteriis* et *Ecclesiis* eorum praesertim exponitur, auctore in primis الشابشتي [b], Praefecto Bibliothecae Al-a·zīz ben al-Moizz, mortuo a. 388 s. 390 (998 s. 999-1000).

Magnam utilitatem percepi ex Abdo'l-latīfi (+ 649 s. 1231) Libro كتاب الافاده والاعتبار فى الامور المشاهده والحوادث المعاينة بارض مصر, non modo ex *Arab.* ed. J. Witte*i* a. 1800, sed etiam, et potissimum ex Libri versione et additâ annot. de Sacy*i* in Libro *Relation de l'Égypte* a. 1810, cui insuper inter alia egregia supplementa, *descriptio* apposita est (p. 581-704) *Aegypti* topographica, a. 1376 regnante Sultano e Dynastiâ Mamlūcorum, Al-Malek Al-Asraf Sabān, composita, allata vulgo a nobis titulo *Catalogi locorum Aegypti*, quâcum operae pretium est, ut conferatur alia Aegypti descriptio, quam nonnumquam consuluimus, sub Salaho'*d*-dino conscripta, et in 22 provincias divisa, quae exstat in Cod. Gothano N. 258, in كتاب فى هوائمن الدواوين [c].

Porro usi sumus Quatremèr*ii* versione gallicâ *Historiae Sultanorum Mamlūcicorum*, Arabice inscriptae: كتاب السلوك فى معرفة دول الملوك, ne alia ejusdem Opera memorem [d]; deinde Lepsii

---

a) De hac editione vid. Quatremère in *Journ. des Sav.* Juin 1856, p. 331-337, et Rodig. *Z. d. d. m. G.* X, p. 746. De Codd. Gothanis vid. Moeller*i* *Catal.*, p. 70 et seqq. Partem edidit Arnold in *Chr. Ar.* p. 152-173, ad quas conf. p. xxiii.

b) Vid. Wustenf. *Macrizi Gesch. d. Copten*, p. ٣٧ l. 11 et p. 89, p. ٣٨ l. 5 et p. 92, p. ٣٩ l. 3 et p. 95, p. ٢. l. 3 et 8 et p. 97 et seq., p. ٤٤ l. 11 et 5 a f. et p. 108, p. ٢٨ l. 3 et p. 115.

c) De eo vid. v. Hammer in *Sitz.-Ber.* 1855 Jan.

d) Cogito *Mémoires géographiques et historiques sur l'Égypte, et sur quelques contrées voisines*, 2 voll. Paris 1811, et *Recherches sur la Langue et la Littérature de l'Égypte*. Paris 1808. Particulam de *Nili*

Epistolis, de Aegypto, Nubiâ et Meroë exponentibus [a], et Fr. DIETERICII, non tamen procul ultra Syenen [b], atque H. BRUGSCHII, ad insulam Philarum prope ridientis, Itinerariis [c].

Ubi de *Palaestinâ* sermo erat, in primis ad ROBINSONUM me converti [d]. Alios tamen non praetermisi, in his SEETZENUM [e],

---

cataractis et de *Nubiâ*, quae in *Mém.* II, p. 6 et seqq. exstat, Arabice edidit ex 'Ibn 'Ijāsi excerptis, receptis in ipsius كتاب نشق الأزهار في عجائب الاقطار, ARNOLD in *Chrest. Arab.*, p. 54-56, ejusdemque descriptionem urbium *Ain Śams*, et *Monf*, ibid., p. 56-62. De 'Ibn 'Ijāso vid. etiam CHWOLSOHN *die Ssabier* I, p. 271.

a) *Briefe aus Aegypten, Aethiopien* cet. Berl. 1852.

b) *Reisebilder aus dem Morgenlande.* Berl. 1853, 2 voll. Anno 1848 et seq. iter fecit per Aegyptum, Arabiae peninsulam et Palaestinam. De Aegypto agit vol. I. In altero (p. 268-318) iter per provinciam Aglūnensem trans Jordanem in primis lectu est dignissima.

c) *Reiseberichten aus Aegypten.* Leipz. 1855. Iter fecit a. 1853 et 1854. Gaudemus hunc scribere sibi proposuisse geographicam Aegypti descriptionem *ante Moslimorum invasionem* (vid. p. 98), quâ cognitâ, hujus terrae notitia, quam ex Moslimorum Scriptis accepimus, mirifice illustrabitur.

d) *Palastina u. die südlich angranzenden Lander*, III voll. Halle 1841 et 1842, cujus 3^um^ supplementum, nomina exhibens arabica locorum Pal. et terrarum adjacentium, quod E. SMITHO debemus (III, p. 858-954), saepissime adii. Post hoc iter, a. 1838 susceptum, alterum ROB. init a. 1852, de quo brevis exstat relatio in *Z. d. d. m. G.* VII, p. 37-78, descriptio vero amplissima in *Neuere Forschungen in Palastina und in den angranzenden Landern.* Berl. 1857.

e) ULRICH JASPER SEETZEN *Reisen durch Palastina, Phonicien, die Transjordan-lander, Arabia Petraea u. Unter-Aegypten.* Herausgegeben u. commentirt von Prof. Dr. FR. KRUSE. Berl. 1854 et 1855, cujus jam prodierunt tria volumina, itineraria, quae supersunt, complectentia. Iter fecit ab a. 1802 ad 1810, quum jussu 'Imami Çanaae prope Ṭaaz veneno, ut videtur, confectus, perit. Dicta ejus de Ḥaurāno, Gaulāno, Al-Lagā (Veterum Trachonitide) et terris universe trans Jordanem, ac de

Burckhardtum [a], van de Veldeum [b], aliorumque de eâ terrâ eique finitimis regionibus animadversiones, v. c. Fleischeri [c], Tuchii [d], H. Gadowi [e], G. Grossii [f], Thomsonis et Lynchsii [g], Rosenii [h], Quatremèrei [i], cet.

---

regione Aegyptiacâ Al-Fajjūm, in primis digna sunt, quae considerentur. Pluribus de eo exposui vernaculo sermone in Repertorio, *Gids* 1857 November.

a) Joh. Ludw. Burckhardt's *Reisen in Syrien, Palastina, u. d. Gegend des Berges Sinai.* Herausgegeben von Dr. Wilh. Gesenius. Weim. 1823.

b) C. W. M. van de Velde, *Reis door Syrie en Palestina in* 1851 *en* 1852. II voll. Utr. 1854. Loca adiit Palaestinae, a recentioribus aut raro aut nondum visitata. Itinerarium sub Auctoris auspiciis Anglice redditum est (*Narrative of a journey through Syria and Palestine in* 1851 *and* 1852. Edinb. and Lond. 1854. 2 voll.) Hanc versionem secutus, Quatremère de eo itinere exponere coepit in *Journ. des Sav.* 1854 Dec., p. 774 et seqq.

c) In *Z. d. d. m. G.* V, p. 46 et seqq.; VI, p. 98 et seqq., et 388 et seqq., ubi Geographia illustratur *Libani.*

d) Vid. ibid. I, p. 57 et seqq., 161 et seqq., et p. 215; III, p. 348 et seq.; IV, p. 253 et 395, et ejusdem Diss. de *Inscriptionibus Sinaiticis*, ibid. III, p. 129-215, coll. II, p. 395 et seqq., et IV, p. 122.

e) Ibid. II, p. 52-66, et III, p. 35 et seqq.

f) Ibid. III, p. 46-63.

g) De utroque conf. Rodig. ibid. III, p. 349.

h) Ibid. XI, p. 50-64 (de situ urbis *Debīr*).

i) Supplementa intelligo, Libro apposita *Hist. des Sult. Maml.*, quibus Geographia *medii Aevi* et multi eorum temporum Scriptores egregie illustrantur. In his pactum a. 681 (1282) inter Templarios et Qelāūnum (II, p. 177 et seq., coll. p. 221 et seqq.); pactum in primis a. 682 (1283) inter eumdem et Acconenses (II, 1, p. 179 et seqq. et p. 224 et seqq.), pactumque eum inter et Margaretham, Tyri ditionis praefecturam tenentem, a. 684 (1284) compositum (II, 1, p. 172 et seqq., coll. p. 212 et seqq.). Multa loca ibi enumerantur, alibi sive raro, sive non-

Syriae G[illegible]raphiam a multis Moslimorum Scriptoribus illustratam esse, non mirandum, si res cogitemus, tum alibi, tum Damasci et Ḥalebi gestas, et ab iis descriptas. His Scriptoribus usus est FREYTAGIUS, et ante in Annot. ad *Select. ex Hist. Halebi*, et nuper in *Hist. Hamdanidarum*, Repertorio *Z. d. d. m. G.* Tom. X et XI insertâ.

Quaestionibus igitur, quae *Syriam* spectant, explicandis adhibui, praeter hanc *Annot.* et *Historiam*, atque eos, quos modo adduxi, si iidem de Palaestinâ agentes, de *Syriâ* simul loquebantur, 1) Excerpta ex Libro, jam supra memorato, نشق الازهار [a], Auctore Šamso'*d*-dino Moh. ben Aḥmed ben Ijas Alḥanafio, vulgo dicto Ibn 'Ijās (+ 922 s. 1516), unde multa, quae in Lexico nostro observantur de nonnullorum *Monasteriorum nominibus*, *situ*, ac *rebus notatu dignis* confirmantur et supplentur. His excerptis praeter brevem notam de festo نوروز, in Aegypto celebrato, longior apponitur et lectu non indigna expositio de KREMERI *Palmyram* itinere.

---

dum huc usque alibi obvia, quare valde dolendum est, textum arabicum horum pactorum non meliorem nobis in Codd. praesto esse, quo dubiae lectiones confirmentur, et puncta literarum, saepe deficientia, certo definiantur. Summi etiam momenti est descriptio *viarum* nonnullarum *Aegypti* et *Syriae* (II, 2 p. 91 et seq.), quâ de multorum locorum situ accuratius judicare possumus. Cum his conf. etiam particula 'Ibn 'Ijāsi edita ab ARNOLDIO in *Chr. Ar.*, p. 62-64, quam sequitur ejusdem descriptio *Hierosolymorum* et *Hebronis* p. 64-66.

a) Edita sunt in *Sitz.-ber.* 1850 Juni u. Juli, II Bd. p. 72 et seqq., et separatim edita in KREMERI Diss.: *Ueber zwei ar. geogr. Werke*, quam sequitur deinde memorata scriptio: *Notizen, gesammelt auf einem Ausfluge nach Palmyra.* De Cod. 'Ibn 'Ijāsi Leyd. vid. DOZY *Catal.* II, p. 134, et de eo Scriptore, supra p. XCVII, مراصد الاطلاع I, p. ٨ n. 1, et Ḥ. K. VI, p. 344, qui annum mortis omisit, quem LANGLÈS ponit 911 s. 1505; vid. ZENKER *Z. d. d. m. G.* VI, p. 127.

Multo tamen majoris momenti sunt 2), quae KREMERUS de *Syriâ septentrionali* ex Ibno's-Sihnae (+ 890 s. 1485) *Historiâ Halebi* (درّة النواظر في روض المناظر) tradidit, et ex alio Libro ejusdem dicto: "الدّر المنتخب في تاريخ حلب", in quem Auctor multa transtulit ex Opere Ibno'l-Adîmi, cujus plenum nomen est: كمال الدين ابو حفص عمر بن عبد العزيز الحلبي (+ 660 s. 1261). Opus hic conscripsit 30 fere, aut secundum alios, 10 voluminum, titulo, teste H. K. II, p. 59: بغية "الطّلب في تاريخ حلب", quod, ut idem ait III, p. 191, titulo: "الدّر المنتخب في ذيل بغية الطلب في تاريخ حلب", continuavit Abu'l-hasan Alî ben Moh. Al-Ibrînî, notus nomine Ibn Katîb An-nâçirija (+ 843 s. 1439). In hunc Librum Ibno's-Sihna supplementum, s. novum opus, ad suam aetatem continuatum, scripsisse videtur [a].

3) Memorandae sunt duae aliae KREMERI scriptiones, prior dicta: *Mittelsyrien u. Damascus*, ubi ét de *urbe Damasci* fuse agit, ét de *Al-guta*, quam multis descripsit [b]. Altera est: *Damasci Topographia* [c], quâcum jungatur 4) vivida *fori* Damasceni ta-

---

a) De his vid. v. KREMER in Libro *Beitrage zur Geographie des nordlichen Syriens*, primum edito in III^{i} vol. Repertorii; *Denkschriften der philos.-hist. Classe der Kais. Akad. d. Wissensch.*, et inde separatim publicato Viennae 1852, quâ editione usus sum. De priore Libro Arabico vid. DOZY *Catal.* II, p. 176 et seq., et H. K. VI, p. 338, ac supra p. XXIII et seq.; de altero, quem transit H. K. III, p. 211, conf. v. KREMER in *Sitz.-ber.* 1850 Apr.-Mai, p. 212 et seqq., ubi de hoc Libro ejusque argumento multis exponit, ac permulta, quae Halebi topographiam spectant, tradit.

b) In hoc Libro repetivit p. 190 et seqq. iter *Palmyrenum*.

c) *Topographie von Damascus, mit 3 Tafeln*, in vol. V^{to} Repertorii *Denkschriften der phil.-hist. Classe d. K. Ak. d. W.*, et separatim edita. Scripta est a. 1851, ac prior fasc. Vienn. prodit a. 1854, alter 1855, 4^{o} (vid. II, p. 23 sub fin.), cui addita est *tabula urbis*.

bula, quam WETZSTEINIO [a] debemus. Ut in dictâ Topographii *locorum* conditio, ita in *fori* descriptione *hominum vita* egregie depingitur.

5) In censum venit scriptio de Damasci *Scholis* diversis, de *Coenobiis*, *Hospitiis*, *Sacellis* (زوايا), *Sacellis sepulcralibus* (تُرَب) ac *Templis majoribus*, quae memorantur ex MICHAËLIS MESCHÂKAE notitiis, a FLEISCHERO ex Arabico sermone germanice versis, in *Z. d. d. m. G.* VIII, p. 346 et seqq.

De Babyloniâ s. Al-ʿirāq, de Mesopotamiâ s. Al-gezīra, de Kurdistāno et Armeniâ disserens, ex recentioribus sequentes Scriptores adii:

1) Ne dicam FRESNELII epistolas, ubi de [illegible] et ruderibus Babylonis loquitur, insertis Repertorio *Journ. Asiat.*, A. H. LAYARD *Niniveh und Babylon. Nebst Berichten über seiner Reisen* (a. 1849) *in Armenien, Kurdistan u. der Wüste*, ubers. von Dr. J. TH. ZENKER, Leipz.

2) A. H. LAYARD *Niniveh u. seine Ueberreste.* Deutsch von N. N. W. MEISZNER, Leipz. 1854. 2 voll., ubi ipsius iter, institutum a. 1842, describitur.

3) J. SAINT MARTIN *Mémoires sur l'Arménie.* Paris 1828. 2 voll.

In *Indiae* rebus explicandis, praeter Ibn Batūtam (in Tom. III et IV ed.[is] Paris.), et Ibn Ijāsum (in ARNOLD *Chr. Ar.* p. 66-73), consului GILDEMEISTER in *Scriptorum Arabum de rebus Indicis Loci et Opuscula.* Bonn. 1838, cujus Libri primus fasciculus tantum huc usque prodiit; in primis vero REINAUDII Scripta: 1) *Fragments Arabes et Persans inédits relatifs à l'Inde, antérieurement au 11e siècle de l'Ère chretienne.* Paris 1845, quo continetur: *a*) caput, de regibus Indicis exponens, Operis

---

a) *Der Markt in Damascus*, in *Z. d. d. m. G.* XI, p. 475-525.

Persici مُجْمَل التواريخ, maximam partem sumtum ex Libro Arabico a' 417 s. 1026, Auctore Abu'l-ḥasano ben Moḥ.; *b*) pars carminis Śah-nāmeh, cujus Auctor Firdūsī sec.° 10 exeunte et 11° ineunte floruit; *c*) fragmentum Libri تاريخ هند, Scriptore Al-Bīrūnīo (Abu'*r*-rīḥān, + 430 s. 1039), de quo etiam vid. Rein. in *Géogr. d'Aboulf.* I, p. xcv et seqq.; *d*) fragmentum Libri كتاب فتوح البلدان, Auctore Aḥmedo ben Jahja Al-Beladorī (+ 279 s. 892), de quo praeter Rein. l. l. I, p. lvi et seqq., vid. H. A. Hamaker *Spec. Cat.*, p. 7 et seq., et p. 239. 2) *Relation des Voyages faits par les Arabes et les Persans dans l'Inde et à la Chine dans le 9e Siècle de l'ère Chrétienne.* Paris 1845. 2 voll., quorum Tom. Ier exhibet *Introductionem et Versionem*, alter *Textum arabicum*, anno 1811 typis expressum curante Langlésio, sed a Reinaudio editum cum emendationibus, supplementis, versione gallicâ et annotatione [a]. Prior horum itinerariorum pars ad p. ٥١, ut ibi docetur, descripta est anno 237 s. 851 ex ore *Solaimānis*, mercatoris Baçrensis, qui Indiam et Sinensium terras saepe adierat. Titulus Codici praefixus سلسلة التواريخ falsus est. Liber videtur dictus esse اخبار الصين والهند, quae verba alteri parti inscribuntur, quae a p. ٩. ad ١٣٧ decurrit. Hanc partem conscripsit *Abū-Zaid* ex urbe Sirāf oriundus. Hic aliorum dicta refert, et Solaimān*is* annimadversiones supplet ac totum librum videtur edidisse. Aequalis erat Al-Mas'udī, qui ipsum anno 303 s. 916 Al-Baçrae vidit, et multa ex eo accepit, quae in مروج الذهب tradidit. Sequitur a p. ١٣٩ ad ١٤٣ brevis descriptio urbium, imperio Nūro'*d*-dīni Ibn Zengi (+ 569 s. 1173) imperio subjectarum, et locorum Ḥalebo vicinorum, ubi tamen in primis attenditur ad distantiam locorum; de paucis, ut de Ḥaleb,

---

a) De hoc Libro vid. etiam Reinaud in *Géogr. d'Aboulfed.* I, p. liii et lxxii et seqq.

Saizar (p. ١٥٤), Hamat (p. ١٥٥), Hemç (p. ١٥٩), Damasco (p. ١٥٨), Banjas (p. ١٩٠), Çarkad (p. ١٩١), Boçra (p. ١٩٢), Ba'albek (p. ١٩٣), Ar-rohā (p. ١٩٣), aliis, paulo plura afferuntur, quae eam ob causam alicujus sunt momenti, quia ex hoc Catalogo, vivo Nūro'*d*-dīno conscripto, de locorum munitorum praecipuorum conditione quodammodo judicari potest [a].

Huic Catalogo, a Langlès*io* ex Codice arabico typis expresso, Reinaud*ius* duo apposuit fragmenta ex Codd. Parisinn. Al-Mas'ūdī; prius ex Libro كتاب العجائب, II, p. ١٦٥-١٧٣, alterum ex ipsius مروج الذهب, ibid. II, p. ١٧٣-٢٠٢, ex quibus dicta in اخبار الصين والهند explicantur, et necessitudo, quae illis cum hoc Libro intercedit, illustratur.

In Prologo denique Reinaud*ius* de gravissimis disserit quaestionibus, quae *Moslimorum* seculo 9° p. C. N. spectant *notitiam* de orbis terrarum parte, ab Oriente Arabiae sitâ, eorumque cum gentibus ibi habitantibus mercaturâ (I, p. XXVIII-CLXXX), quod argumentum postea plenius retractavit, in Libro *Mémoire géographique, historique et scientifique sur l'Inde antérieurement au milieu du 11e siècle de l'ère chrétienne d'après les écrivains Arabes, Persans et Chinois.* Paris 1849 [b].

Adduxi praeterea interdum Al-'Otbī*um* ex Libro Doct. Th. Noldeke, *uber das Kitâb Jamīnī* ex ed. separatim editâ. Recepta est Diss. in *Sitz.-ber.* 1857 Jann. Vol. XXIII.

Nonnumquam in meos usus insuper converti Libellum, Ex-

---

a) Vid. *Rel. des Voy.* I, p. XXVI et seq.

b) Cum his Liber conferatur, ex quo veteris aevi geographia, tum *Indiae*, tum vicinarum terrarum egregie illustratur, cui titulus est: *Histoire de la vie de Hiouen-Thsang et de ses voyages dans l'Inde, depuis l'an 629 jusqu'en 645, par Hoei-li et Yen-thsong; — traduite du Chinois par* Stanislaus Julien. Paris 1853, de quo conf. Lassen in *Z. d. d. m. G.* VII, p. 437 et seqq., cujus Opus *Indische Alterthumskunde*, quod saepe adhibui, cuique notum est.

teris plerisque minus certo notum, historiae vero earum terrarum explicandae utilissimum lectuque dignissimum, H. C. MILLIES *De munten der Engelschen voor den Oost. Ind. Archipel.* Amst. 1852.

Septentrionali Asiae Europaeque parti illustrandae, cui Abūlfedā antiquissimos fontes Arabicos consulere neglexit [a], egregium mihi praestiterunt auxilium scripta C. M. FRAEHNII. Disputationem 1) intelligo, cui titulus est: *Ibn Foszlān's u. anderer Araber Berichte uber die Russen alterer Zeit.* St. Petersb. 1823; 2) Diss.[es] inscriptas: *Veteres Memoriae Chasarorum*, in *Mém. de l'Acad. de St. Petersb.* 1822 VIII, p. 377-620; 3) *de Baschkiris*, ibid., p. 621-628 [b]; 4) *Drei Munzen der Wolga-Bulgharen* aus dem X. Jahrh., ibid. 1832, 6[e] Sér. Tom. I, p. 171-204, et 5) *Die altesten arab. Nachrichten uber die Wolga-Bulgharen*, ibid., p. 527-577.

In his Scriptis FRAEHNIUS Kazarorum, Bulgarorum, Baskirorum, ac praesertim veterum *Russorum* historiam explicuit, adhibito in primis Opere majore Jaquti, qui, de his populis agens, maxime sequitur Ibn-Foḍlānum. Hic enim cum سوسن الرسى, Kalifae Al-Moqtadiri ad Regem Bulgarorum, qui Islāmum amplexus erat, Legato, anno 309 (921) per Kowārezmiam et Kazarorum regionem eo profectus erat, et hocce iter, ac res, quas vidit, memoratu dignas, Libello descripsit, cui titulus est رسالة, nondum, cheu! reperto. Hoc vero Libro, seculo etiam 10° usus est Ibn-Hauqal, adeo ut Codices Operis Jāqūtiani, ubi Ibn-Hauqal Ibn-Foḍlānum presse sequitur, ex illo egregie possint restitui, et ubi sua Ibn-Hauqal addit, aut ea retulit, quae

---

a) Vid. FRAEHN *Ibn Foszlan*, p. XXVII in n.

b) Ad h. l. vid. REINAUD *Géogr. d'Aboul-fed.* II, p. 294 et seq.

Jāqūt omisit, Ibn Foçlān ex eodem illustretur simul et supplcatur [a].

De *Bokārāe* et *Samarquand*ae conditione hodiernâ egit Alexander Lehmann in *Reise nach Buchara und Samarkand in den Jahren* 1841 *und* 1842 [b]. St. Petersb. 1852.

De *Gentibus Caucasi* post C. d'Ohsson (*Des Peuples du Cau-*

a) Vid. Fraehn *Mém.* VIII, p. 600, not. 64; p. 601 n. 72; p. 602 n. 73; p. 603 n. 75. Prioribus iis Scriptis Fraehnii passim usus est C. d'Ohsson in Libro: *Des Peuples du Caucase.* Paris 1828.

b) Post mortem Scriptoris itinerarium edidit, auspiciis Academiae Petropolitanae, G. v. Helmersen, additâ Mappâ. Est Tomus XVII[us] Repertorii: *Beiträge zur Kenntniss des Russischen Reiches u. der angränzenden Lander Asiens.* — Alex. Lehmann, natus in urbe Dorpat 18 Maji 1814, primum a. 1837 comitatus est Virum ampl. von Bafr in itinere in Nowajam Semljam (Nova Zembla); deinde a. 1839 in provinciam Orenburgi abiit, ut tractus Urali exploraret, et eodem anno expeditioni interfuit a Russis in Chiwam missae, quâ opportunitate usus est ad terras ab oriente Maris Caspii melius cognoscendas. A. 1841 Bokāram profectus est, cujus Princeps (Ḳān) Russorum Imperatorem rogaverat, ut sibi viros mitteret eruditos, qui, ut viderent, aurumne ibi etiam reperiretur, montium solique conditionem accurate pervestigarent. Iis, qui haec res peragenda committebatur, Lehmann, Naturae, quae vocatur, explorator, socius addebatur. In terras ii tunc penetrarunt, Europaeis fere ignotas, et eo usque nondum, ut par est, descriptas. In vallem ii etiam descenderunt fertilissimam ab oriente Bokārae, quae a fluvio *Sarafschān* nomen habet, et Samarqandam pervenerunt, splendidis monumentorum a Ṫimūro conditorum ruderibus adhuc insignem. Lehmann Bokāram inde redux, ad veris initium anni 1842 in hac urbe degit. Brevi vero postea in itinere, quod susceperat, ut in patriam rediret, mortuus est, annos natus 28, in urbe *Simbirsk*, studiis, et expeditionum molestiis, ac tandem nervosâ febri confectus. Quae reliquerat et scripserat, Academiae Petropolitanae tradita, maximam partem dicto Libro publici juris facta sunt. In eo attendantur v. c., ne *universae* dicam regionis, per quam transiit, descriptionem, dicta de deserto et castello عالق, p. 86 et seqq., de Samarqandâ p. 147 et seqq., cet.

case et des pays au nord de la Mer Noire et de la Mer Caspienne, dans le 10e siècle, ou voyage d'Abou'l-Cassim. Paris. 1828), DEFRÉMERY a. 1849 edidit: *Fragments de Géographes et d'Historiens Arabes et Persans inédits, relatifs aux anciens Peuples du Caucase et de la Russie méridionale* [a].

De *Asiâ Minori*, praeter Ibn Batūṭam, et partem inde a DEFRÉMERYO separatim editam, et p. LXXIV allatam, contuli etiam VIVIEN DE SAINT-MARTIN, *Description Historique et Géographique de l'Asie Mineure.* II voll. 1852.

De *Africâ septentrionali* et *Hispaniâ* consului, praeter Libros p. LXI et seqq. memoratos,

1) Librum 'Abdo'l-Wāhidi, florentis ineunte seculo 7° Higr. sive nostro 13°, a DOZYO, L. B. a. 1847 editum titulo: كتاب المعجب في تلخيص اخبار المغرب، تاليف الشيخ — محيى الدين ابى محمد عبد الواحد بن على التميمى المراكشى.

2) alium Librum, item a DOZYO editum titulo: *Histoire de l'Afrique et de l'Espagne, intitulée Al-Bayano'l-Mogrib*, par Ibn-Adhâri (de Maroc), et *Fragments de la Chronique d'Arib* (de Cordoue), 2 voll. L. B. 1848-51. Scripsit ابن عذارى sec. 13° (vid. Introd. p. 103, et I, p. ٢١٥ l. 5 a f.), et عريب بن سعد الكاتب القرطبى sub Al-ḥakamo II (350-355, s. 961-976). Is Annales Tabarī in compendium redegit, et rebus in Occidente gestis, plenius accuratiusque enarrandis supplevit (vid. Introd. ibid. p. 32, 35, 39).

3) *Histoire des Berbères et des Dynasties Musulmanes de l'Afrique septentrionale* par Ibn-Khaldoun, traduite de l'Arabe par M. le Baron DE SLANE. Alger. 1852-1856, 4 voll. Textus Arabicus eodem Auctore a. 1847-1852 prodiit ibid. 2 voll. 4to titulo: كتاب تاريخ الدول الاسلامية بالمغرب وهو القسم الاخر

a) Primum recepta est haec Diss. in *J. A.* 1849.

من التاريخ الكبير المسمى كتاب العبر وديوان المبتدإ والخبر، في ايام العرب والعجم والبربر، لابى زيد عبد الرحمان بن محمد ابن محمد بن خلدون.

4) Vix opus est, ut loquar de aliis Dozyi Operibus, *Scriptorum Arab. loci de Abbadidis* (L. B. 1846 et 1852. 2 voll.), et *Recherches sur l'Histoire politique et littéraire de l'Espagne pendant le Moyen Age* (L. B. 1849).

5) Multis sine dubio minus nota sunt duo alia subsidia, quorum prius est tenue, alterum vero eo splendidius et gravius. Illud est Hammeri Opusculum inscriptum: *Ueber die Arabische Geographie von Spanien*, insertum Repertorio, *Sitz.-ber.* 1854 Dec. (XIV Bd. p. 363 et seqq.), ac separatim deinde editum, tum ex *Arabicis* et *Hispanicis* Scriptoribus, tum ex recentioribus Libris, Casiri, Conde, de Gayangos, aliorum, aptim concinnatum. Alterum est Opus geographicum, solis Tappis constans, titulo: *Carte-itinéraire de l'Espagne et du Portugal, dressée par ordre de S. E. M.* le Maréchal Duc de Bellune, Ministre de la Guerre, sous la direction de M. le Lieutenant Général Comte Guilleminot, Directeur Général du Dépôt de la Guerre. Paris 1823.

Sunt praeterea Libri haud pauci, supra nondum allati, quos in meos usus converti, qui omnes vix enumerari possint.

Loqui nolim de *Repertoriis*, quâvis fere paginâ laudatis, de *J. A.* i. c. *Journal Asiatique;* de *Z. d. d. m. G.* (*Zeitschr. der deutsche morgenl. Gesellsch.*); *Sitz.-ber.* (*Sitzungs-berichte der phil.-hist. Classe der Kais. Akad. der Wissensch. in Wien*), cet.

Alia nonnulla potius afferam. In his v. c.

Lexicon Geographicum, editum a Fr. H. Th. Bischoff et G. H. Möller. Gothae 1829. 8°. titulo: *Vergleichendes Wörterbuch der alten, mittleren u. neuen Geographie.*

Diss. Juvenis praeclari, morte immaturâ heu! studiis erepti,

Fr. Stuwe, *die Handelszuge der Araber unter den Abbassiden durch Africa, Asien u. Osteuropa*, ab Acad. Scient. Gott. a. 1836 auro ornata, quae prodiit Berol. 1836, Mappâ instructa.

Liber porro praeclarus, stupendâ eruditione, ac novis prorsus et egregiis observationibus passim obviis, insignis, quem debemus D. Chwolsohnio, *die Ssabier u. der Ssabismus* (St Petersb. 1856 II voll.), de quo vid. v. c. Fleischer in *Z. d. d. m. G.* 1857, p. 159 et seq., et Goschе ibid. XI, p. 588 et seq.

Deinde, collatis dictis Benjaminis Tudelensis, nonnumquam usus sum Libro Isr.is Jos.i Benjam.is II. *Cinq années de voyage en Orient* 1846-51 (Paris 1856), qui liber tamen ob falsam multorum nominum scriptionem, et res minus accurate saepe traditas, caute legendus est.

Ex Libris Numismaticis nuncupasse sufficiat, praeter Fraehni varia hujus generis Opuscula, et *nova* horum *Supplementa* quae Dorn*æus* edidit (Petrop. 1855), tres Tornberg*ii* Numorum Cufalcorum, qui inscripti sunt:

1) *Numi Cufici regii Numophylacii Holmiensis.* Ups. 1848. 4°

2 et 3) *Symbolae ad rem numariam Muhammedanorum.* I et III. Ups. 1853 et 1856, 4°, quibus accedit

4) ejusdem *Lettre à M.* Fr. Soret (Revue Archéolog. 1e Ann. Paris 1855).

Porro A. D. Mordtmann*i*, *Erklarung der Munzen mit Pehlvi Legenden* (in *Z. d. d. m. G.* VIII, p. 1-194), de quibus etiam conff. J. Olshausen (in Diss. *die Pehlewi Legenden* cet. Haun 1843), Mommsen (in *Z. d. d. m. G.* VIII, p. 511), Dorn (in *Bulletin hist.-phil. de l'Acad. de St. Petersb.* XII, N. 6), Stickel (in *Z. d. d. m. G.* IX, p. 608 et seq.), Blau (ibid. IX, p. 836), et Spiegel (in *Grammat. der Huzvareschsprache* Viennae 1856, p. 168 et seqq.).

ADDENDA ET EMENDANDA.

Ad p. ١ l. 7. Legatur potius وديمبو, et l. 2 a f. cum Fleischero pro وأن cum Cod. Vind. lege عان. Ceterum hîc observetur l. 2 ab imt. forma VI^{a} verbi طفر, quae in Lexicis desideratur sensu *auxilium perpetuum* alicui *praestandi*, quo exstat etiam in loco obvio in ·al-Holalo in Dozy *Script. Arab. loc. de Abbad.* II, p. 182, coll. ejusd. *Rech. sur l'Hist. de l'Esp.* I, p. 183 et 187. Ex lin. 13 أصقع, collectivum vocis صقع *tractus*, *plaga*, Lexicis addatur, quod infra saepe recurrit, v. c.: in v. اخلاء, أور, cet.

P. ٢ l. 7 pro طُوَل cum Fleischero lege طُول. Pro praeced. طوالع, Rodigerus, collatis contextu et As-sojūtî praefatione apud Hâgi Kalifam V, p. 624, reponendum esse censet أطوال. Ex dictâ tamen praefatione de hac quaestione vix judicari posse videtur. Verba enim nostri Scriptoris a وكذلك ad تضعيف, ibi in compendium redacta, his paucis absolvuntur: وكذلك ما ذكر من طول البلدان فاكثره لا يصح. Nec solvitur difficultas, collatis iis, quae Reinaud (*Géogr. d'Abou'lfed.* I, p. cxxxii) de Operis Jaqūtiani ratione monuit. Verba ipsius Jāqūtî, quae ad quaestionem profligendam sufficerent, ignoro. Hic vero, ut Auctor noster, diserte discrimen facit inter طوالع et أطوال. His ut *definitiones* intelligit *longitudinis*, ita illis *stellarum*, *locorum ratione habitâ*, *positiones*, et *vim* fortasse, quam in singula loca ipsae exserere dicebantur. In sequentibus l. 10 cum Fl. lege واستعصاؤه. Idem l. 16, pro وبعلم, quod etiam tuetur Oxoniensis, lectionem praefert Cod. Vindobonensis, وتعلّم, i. e. وبحيث تتمكّن القارئ لبيا من تعلّم جهاتها الخ. Paulo post Oxon. eamdem lectionem sequitur, quam L. in n. 4. — Lin. 19

pro تنبّهت Oxon. نهيت, vitiose scriptum pro تنبّهت, ut habet As-sojūtī in Praef. laud. Lin. penult., Oxon. post المعرّة addit به.

P. ٣ lin. 1 pro واجترت, Ox. واحترت, et l. 2 pro حَطَرَه et حطره, recte habet حَطَرَه et خطره. Sic nempe sine dubio legendum est. Hunc Codicem secutus est Nicoll in *Catal. Codd OO. Bibl. Bodlej*, p. 229, ubi partem hujus Praefationis *Latine* reddit. Magnam ejusdem partem *Germanice* edidit ex suo Codice von Krfmer in *Sitz-ber. der (Wiener) Akad. der Wissensch.* 1850 *Jun. u. Jul.*, p. 72 et seqq. (*Ueber zwei ar. geogr. Werke*, p. 4-6). Ac de eàdem disseruerunt Hamakerus in *Spec. Cat.* p. 67, et Reinaud, *Géogr. d'Abou'lfeda*, I, p. cxxxiii et seq.

P. ٣ l. 10. De آثار دُمّر propè الثعلا (de quo vid. infra in v.) in viâ ab urbe Al-Medinae Damascum, vid. An-nabolosī, p. 38. Idem locus ibi etiam vocatur مدائن صالح, et الحِجْر, ac de Prophetà صالح item fit sermo, de quo conf etiam Al-Baiçāwī ex ed. Fleischeri I, p. ٣٣٢ et seq., et Weil *Bibl. Leg.*, p. 48 et seqq. De آنّ Jemanensi vid. Johanns. *Hist. Jem.*, in Ind. p. 251, non diverso fortasse ab eo, quod infra p. ٩ l. 2 a f. memoratur nomine ابل.

P. ٣٣٣ l. 5 l., transpositâ notâ distinctionis, رجلة الفرس موضع. L. 6 pro بالشام, Jāqūt in Al-Mošt. بالبمن, quod jam verisimile est ob

(c) J. P. recte امير, i. e. أَمْيَز, *praestantissimus*, idem quod sequens اجلّ. J. P. deinde item وخيرهم. (d) Verba in Cod. Ox. omissa, sic supplet J. P.: وفي المدرس بالمدرسة. (e) J. P. recte, ut videtur, عمراشاه. (f) Perperam J. P. ونقدموا.

castella, quae memorantur, et quodammodo confirmari videtur ex Zam. p. ٩٥ l. 1, ubi inter الجبال الصعار بمس ومكه تسمع, recensetur التّميس, quod nomen Indici addatur. Jaq. tamen Oxon. habet وتيمس الشام (l. جبل) ايضا حبل; in Jāq. Petrop. item exstat الشام. Sic ergo ipse ante legit, sed in Al-Mošt. vocem correxit. — De الـتّـيْـمْـس, *puteo*, inter الـحَـنِـيّـة et الـحُـمّـام ذات, vid. Al-Bekrī in *N. et E.* XII, p. 446 (12), ed. Slan. p. ٣, et vers. in *J. A.* 1858 Oct.-Nov. p. 419.

Pro بمس, Lef in *Trav. of Ibn Bat.* p. 227, male تَبْس scribit. — De تسطاوان (*Titāwan* in ling. Berb. *oculi*, s. *fontes*), vid. *Add.* supra p. 479, Al-Bay. I, p. ٣٣. l. 8 et 19, et de Slane ad vers. Al-Bekrīi descr. Afr. in *J. A.* 1859 Août-Mai, p. 316 et 317; de تمطسوان, loco a تسطاوان non multum remoto, Al-Bekrī ed. Slan. p. ١.٧, 14, coll. *N. et E.* XII, p. 561 (127).

P. ٣٣٢ l. 9. De Tifas, Veterum *Tipasa*, vid. Al-Bekrī *N. et E.* XII, p. 506 (72), ed. Slan. p. ٥٣, urbem nuncupans تمعاش الصالة, s., ut in ed. Slan. الـطـالـة. De eâ urbe etiam conf. Jaubert *Géogr. d'Edr.* I, p. 272; de تمكسماس, portu urbis حزاير in Ifrīqīja, *Add.* ad اختاس p. 151, et Al-Bay. II, ٣٣٣, 13. Vario modo hujus urbis nomen scribitur; vocatur enim etiam تمغسماس et تمحسماس. Al-Bekrī *N. et E.* XII, p. 562 (128) habet تمعيسماس, pro quo Quatrem. l. l. reponit تيعيسماس; ed. Slan. p. ١.٨ etiam habet تمعيسماس, quae vera est pronunciatio, unde altera تمكسماس orta est. — L. 11 in v. تَـنْـل, pro وتمنح, cum Fl. l. وتَـنْـمَـح, et l. 12 pro دار, ut in L. et in Al-Mošt. p. ١٧. l. 12 et 13, l. دارة; — تلمان cum *Ceylan* jungitur inter loca, quorum gladii sunt nobiles, in *J. A.* 1854 Janv., p. 70, ad quem locum tamen conff. supra dicta in *Add.* p. 438.

P. ٣٣٣ l. 12. De تسمناء vid. Al Bekrī in v., Al-Iṣṭakrī ap. Arnold *Chr. Ar*, p. 86 in f., Abū'l-fed. p. ٨٩ et seq. (Rein., p. 117), Zam. p. ٣٨ l. 7 et ١.. l. 5, Ibn Kallik. N. ١٢١ (ed. Wüst. p. ٩١ l. 4 a f. et seqq.; ed. Slan. p. ١٩٩ l. 9 a f. et seqq), et N. ٩٩٨ in fine (ed. Sl. p. ٧٣٠); Hamak. *Spec. Cat.* p. 102, v. Krfmer *Mittelsyr.*, p. 5 et 6. Accura-

tius quam Noster, Lobbo'l-lob. in v.: تيماء بلد في باديه تميم. De الأَيْلَف الفَرْد supra in v., et *Add.* p. 23.

P. ٣٣٢ l. 15. Pro تيمار et seq. راء, Fl., Codices L. et V. sequens, egit تمار et واو. »In nominibus (ait) propriis talia, utpote exotica ab Arabibus conservata, non repudianda. Supra in Aegyptiacis و nomina urbium terminare vidimus, hîc in fine nominis, quod ex linguâ Persicâ illatum videtur, idem و apparet." Post editum hunc secundum fasciculum cognovi, etiam Codices *Oxon.* et *Cantabr.* habere تمار et deinde واو. Nihilominus puto legendum esse تمار et راء, non tantum quia ordo literarum Alphabeticus hoc postulat, sed etiam quia non modo Qam. in v. تمر, وتَيْمار جبل habet, sed etiam idem distincte exstat in Jaq. Oxon. et Petrop., qui diserte addunt deinde راء وآخره. Ac Jâqût sic scripsisse videtur, secutus Al-Bekrîum, cujus auctoritas me olim movit, ut lectionem mutarem. Sic Al-Bekrī, postquam de تمر locutus erat: تيمار بكسر اوله وزياده الف بين الميم والراء اسم جبل قال لبيد (الرمل)

وكَلاف وصَلْفَع وبَصيع والذى فوق خَبَّة بيمار الخَبَّة الطريق فى الرمل ۞

De *valle* كَلاف et de صَلْفَع, loco Jemanensi, infra in vocibus fit sermo, ac supra de *monte* بصيع, ad quam voc. vidd. *Add.* p. 341. De *montibus* tamen Lebîd loqui videtur. — De تَيْمان vid. Al-Bekrī in v., ibi addens الخ تيماء النسبة, et revocans ad v. جُنْد, ubi haec: (الوافر) جُنْد حمل بالمن قال عمرو بن معدى كرب

لمن طَلَلٌ بِتَيْماءَ جُنْدٍ كَأَنَّ عِراصَها تُوشِمُ بُرْدٍ

وتيماء موضع هناك الخ.

P. ٣٣٢ l. 16. Pro أُرْد in v. تمارستان, ut Fl. observat, coll. p. ٤٤ l. 11 et 12, lege أُرْد; vidd. *Add.* ad h. l. p. 75. Al-Bekrī in v.: تَيْمان موضع بالعالية. De تَيْمَر idem موضع فى دار بنى عَبْس الخ قال امرو القيس (الطويل) بِعَيْنَىَّ ظُعْنُ الحَىِّ لمّا تحمّلوا على جانب الأَفْلاج من جَنْبِ تَيْمَرا. Carmen exstat in Dīw. a Slan. edito,

p. ٣٥ l. 2 a f. (ubi pro عـلـى legitur لـدى), coll. p. 40 et 87. De العالية vid. infra in v., quod nomen hîc permutatur cum سفّ الحجار, unde apparet eumdem intelligi locum in v. التعـانـيـق, ubi de شـفّ العالية, et in v. نعمد, ubi de شف الحجار fit sermo. De hac formulâ vid. item Zam. p. ٩٧ l. 1 et 2, et ١٥٤, l. 1 et 2 (ubi leg. الشفّ), et Al-Bekrī in v. حَيْبَر. Spectatur nempe vallis prope Kaïbar, de quâ conf. Caussin III, p. 196 et 202. Zam. p. ٣٩ tantum: تَيْمَر موضع. — *Thīmida* (?), s. *Maldita* (?), hodie *Tingia* (تنجة), urbe antiquâ ditionis Tunetanae, de Slane *J. A.* 1842, I, p. 178 ann. 4, et Barth *Wanderungen durch die Kustenlander des Mittelmeeres* I, 204. A Shawio in Mappâ regni Tunetani Tom.° I°, haec etiam notata est prope Bizertam (بنزرت), ac videtur memorari a Nostro in v. شطورد (II, p. ١١. l. 10), ubi pro وتَمْبَاجَة, l. وتَمْدَة. Ibn Ḥauq. in Cod. Leyd. (p. 27 l. 9 et 15) de his locis exponens, agit de urbe (quae meridiem versus sita est), quam تاجة (*Vacca* Veterum), et quam Al-Idrīsī I, p. 264, تَيْجَة, sed deinde تَنْجَة nuncupat.

P. ٣٣٢ l. 3 a f. Pro ابو علي in v. التَّيْمَرة, cum Fl. l. »ex vestigiis Codicum L. et V. [quibus etiam accedit O.] بن عدي; conf. Ibn Challik. ed. Wustenf. N. ٧٩. in vitâ التيمي بن عدي.” Mortuus est sec. Ibn Qot. p ٣٩٧ l. pen. et ult. a. 209; sec. Ad-Dahabī ap. Abu'l-Maḥ. I, p. ٥٩٨ l. 2, a. 207; sec. alios, ut Ibn Kalhk. l. l. ed. laud. p. ١٣٠ l. 4 a f., a. 206, qui tamen dictos annos etiam memorat. — Qām. in v. التمر; وتيمرى ج بالشام وتيمرة. De وادى التَّيْم, in Libano, vid. Abu'l-fed. p. ٢٢٩ n. 2^b l. 1, *Z. d. d. m. G.* V, p. 51, 53 et seq., et Robins. *Pal.* III, p. 526, 575, 609 et 610, 619, 622 et 623, 630 et 888, et in *Neue Bibl. Forsch.*, p. 490, 497 et seq., 509, 538, 541, 547, 555, 558, 560 et 641, coll. *Z. d. d. m. G.* VII, p. 64, 68, 71; de اقليم التَّيْم, tractu in insulis Maldivicis, Ibn Bat. IV, 111 et 136; de urbe Al-Magrebi تِيمْغَسَن, Al-Bekrī ed. Slan. p. ١٣٩, l. 6 a f.

P. ٢٢٣ l. 1. Cum dictis Nostri in v. تبيك conf. Lobbo'l-lob. in v., et Vullers I, p. 493 et seq.; de tribus locis, dictis تيمن, deinde memoratis, Al-Most.; primum memorat Al-Bekri in v. De ذو طلال vid. in v. طلال, pro quo male Al-Most. خلال. Nota 3 deleatur. »De re, [de quâ Al-Most. loquitur l. l.] (ut monet Fr.), vid. *Z. d. d. m. G.* V, p. 293 l. 7-16 cum adn.", et Caussin *Essai* II, p. 301-306 et 317. De تيمن Jemanensi vid Nost. II, p. ٩٣ n. 11, ubi occurrit scriptio تيمان; de تيمور قيلقه, colle Mogolistanis, Quatrem. *H. des Mong.*, p. 147; de التيمنيه, Sacello Damasc., *Z. d. d. m. G.* VIII, p. 368.

P. ٢٢٣ l. 8. De تيماء vid. Al-Iqtakri in Arnoldii *Chr. Ar.*, p. ٩٩ l. 2 a f, et n. 2, Lobbo'l-lob. in v., et Abu'l-Mah. II, p. ٣٣٥ n. 1. — De التيمان (sic enim cum *Art.* nomen proprium scribendum, ut apud Zam. p. ٣٥ l. ult., et ٥٣ l. 1, et in Qām., quare I, p. ٣٧٥ in f. cum Fleisch. l. التيمنى) vidd. loci l. l. et in v. خثم; de تنوخ, *Add.* ad I p. ١٨٥ l. 3 a f., p. 418, et de تنوخ بن تيرف, Wustenf. *Reg.*, p. 160, et *Add.* supra p. 457; *hos* Zam. memorat, *illos* omittit. Pro خوّ, ut infra in v. l. حوّ. Al-Bekri haec tradit in v. قال ابو حنيفة التمن قال ابو داود الاعرابى هما جبلان طويلان فى مهبّ الشمال من دار غطفان فى اصولهما موضع يقال لها الثنية وليس هو مَنْ قال هو جبل بالشام بشىء وانما الشام من بلاد غطفان الخ. De التمن بالشام conf. infra in v.: التمن والزيتون.

P. ٢٢٣ l. 13. Pro دول l. cum Fl. دُول; vid. infra in v., et in not. ad v. ذوا. De montibus تمثّل, sic dictis ab *albo* colore, quia nix verticem semper tegit, vid. Abu'l-fed. p. ٩٥, l. 4 a f., ubi scribitur تيمنملك, ubi scriptiones تنتملل, تنمال, et تيمنمل etiam afferuntur. De his montibus vid. Rein. in vers. p. 83, n. 4, et de Slane *Hist. des Berb.*

I, p. CXI, et 84; II, p. 171, 573, IV, p. 27 et 83, et de *Tribu* hujus nominis, ibid. I, 159 et 260.

P. ٢٣٣ l. 15. De التّمن والزّغاوين vid supra ad v التمنغاى, infra in v. الزغاوة, et interpretes ad Sūr. XCV, de بَلَدٍ supra in v., *Add.* ad h. l. p. 369, et Al-Azraqī p. ٥.., 5 a f., et de ديار التّمن, Al-Most. p. ٣. l. 13-15. Ad l. 18 haec tradit Fr. »Pro بعوع سبلة scr. بموغ سبلة, *cujus torrens effunditur*. Recte V. بغوغ habet. Solenne est de hac re verbum موغ; conf. p. ١٥٢ l. 1 et 2, p. ٢٠١ l. 6 ab inf., p. ٢٥١ l. 5 ab inf." — De aquâ التّمدة ad pedes montium التمغاى, vid. Al-Bekrī in loco ibi allato. De تمغة, nomine hodierno urbis olim dictae *Osrūsanah*, vidd. *Add.* ad اسروسنة, p. 100. Porro تمن appellatur etiam fluvius, hodie *Don* dictus; vid. Ad-Dimiśqī et Quatrem. *N. et E.* XIII, p. 276 et seq., et de راس التّمن *Add.*, p. 460; de تيوذوسيا, (i. e. *Theodosiopolis* s. Erzerum), *J. A.* 1849 Avr.-Mai, p. 349; de تموميين?, (in Cod. تموهمين, alibi تموبوين, et تغومغيين, ap. Leon. Afric., *Teijentum*), capite prov. Magrebensis ذرعة, etiam ذُرْعَة dicto, Al-Bekri in *N. et E.* XII, p. 611 (177), in ed. Slan. p. ١٥٩ l. 1, ubi تيومميين exstat. Ibid. p. ٨٥, l. 3 a f. vid. de موسى بنى.

P. ٢٣٣ l. 2 a f. De تمصرت vid. ad v. تاغرت in *Add.* p. 455, et Al-Bay. II, p. ٣٣٤, 10, ٣٥٧ in f. (coll. I, p. ٣.٥, 7). De Slane in vers. Al-Bekrīi in *J. A.* 1858 et 1859 pronunciat *Tihert*. De التمة (*a*), s. تيه بنى اسرائيل, conf. supra in v. أَلَانُ, et infra in v. الحجفار et حسمى, Zam., p. ٣٨, Al-Qazw. II, p. ١١٩, Abū'l-fed. p. ٩.١ l. 1-4 (Rein., p. 150), Al-Iṣṭakrī in Arn. *Chr. Ar.*, p. 78, quocum Ibn Ḥauq. (in Cod. Leyd.

(*a*) Vox enim تمة designat *desertum*, quare التيه (addito *Articulo*) semper scribitur, ubi de بنى اسرائيل تيه sermo est.

n. 314 p. 8) verbotenus fere consentit, *An*-Nābolosī, p. 5, Al-Maqrīzī ed. Būl. I, p, ٢١٣, et in Quatrem. *M. d. Sult. Maml.* I, 1, p. 49, Koehler in Add. et corrig. ad p. 4 *Abulf. tab. Syr.* p. 19, Tuch in *Z. d. d. m. G.* I, p. 173 et seqq., Robins. *Pal.* I, p. 289 et seqq., et Seetz. III, p. 47 et seqq. Incipit, ut hic (qui per ea loca ipse transit) ait, جبل التنبه ab alterâ parte وادى العجين. In dubium vocat amplitudinem, quam ei tractui tribuit Jāqūt. In meridie (ut ille addit) montes sunt praecipites, sed in septentrione in altum tendunt absque fere ut iter faciens id animadvertat (p. 48). De palmis ibid. Noster p. ٢٣٤ l. 4 loquitur, et ab his nomen habet وادى النَّخْل, (ap. Seetz. p. 57), ubi hodie nulla *palma* cernitur. Exinde ergo conjiceres horum locorum conditionem olim fertiliorem fuisse quam hodie. In hoc tractu Robinson in Mappâ posuit item بلعة النَّخْل, non diversum ab حصن نخل apud *An*-Nabolosī p. 5. Non procul ab eo Wadī via est catervarum ex Aegypto Al-Medīna*m* tendentium. Quae sita sunt a sept. hujus viae, τῷ الغنيمة et الشام, quae a meridie, τῷ ارض الطور, s. Arabiae Petraeae annumerantur. De نبهٔ حضرموت vid. Al-Bekrī in v. برهوت et *Add.* p. 321. — Pro السراة p. ٢٣٤ l. 1 cum Fl. l. الشراة. Illi *Arabiae*, hi *Syriae* montes sunt. Idem etiam corrige in loco laud. Al-Qazw. — De *Tehâphe* (تيهانه), pago ad canalem Al-Fajjūmi, Seetzen III, p. 266; pagi nomen fortasse corruptum est ex الفلهانه, quod memorat de Sacy in *Rel. de l'Ég.*, p. 681 N. 23.

P. ٢٣٤ l. 11. Ad nomen Poetae الأغلب (in v. ذاب), haec habet Qām. in v. الغلب: والاغلب الاسد وشعراء أردى وكلبى وعجلى. Quis hîc spectetur, non liquet. De postremo egit v. Hammer *Liter.-gesch.* I, p. 482. Seq. nomen ذات infra in v. مخلاف memoratur. De مُعَوَّل s. فَيْل, titulo *Principum* Jeman. vid. R(hule v. L(ilienstern) *zur Gesch. d. Ar. vor Moh.* Berl. 1836, p. 220, 222, 226, et Osiander in *Z. d. d. m. G.* X, p. 18, 57 et seq., adducens inscriptionem מלך חמירם ואסולהו, unde ergo ét forma coll.ⁱ أُعْوُل confirmatur, ét novimus فيل juxta *Regem* memorari, et ab eo ergo esse diversum. De Tribu Jemanensi ... conf. Loh-

bo'l-lob. Al-Bekrī in v.: ثناث بثناء مثلثة بعد الالف بلد بناحية اليمن يسكنه بنو رمّان بن غانم بن زيد بن ذى الكلاع. De تاج vid. supra p. ١٩. l. 14, infra I, p. ٣٨١ l. 2, et in v. النقيرة (III, p. ١٢٨ in f.), Zam. p. ٣١ l. 8 et 9, et ٣٢, 6, et de دباجة, cui voci in textu impresso *linea* imponenda est, Zam. p. ١٣٣, 4. Al-Bekrī in v.: تاج على مثل داج قال ابو عبيدة هو ماء لبنى القَرْع من خَثْعَم من مياه بيشة — وقال الاصمعى تاج بناحية اليمامة — وقال كُراع تاج قرية بالبحرين وتاج بالثاء المعجمة بنقطتين بطن من عَدْوان. Tribum بنو القَرْع, ut supra بنو رمّان, alibi non vidi laudatas.

P. ٢٣٤ l. 15. Al-Bekrī: تَادِق — على بناء فاعل ماء لبنى ففعس الخ. De بُرْقة ثادِق, Al-Mošt. p. ٤٨ l. 7 a f. Ex aquis Tādiq*i* est etiam الثُّمَيْلة; vid. in v., et in v. خُصَّلة, ad quam vocem etiam conff. *Add.* De ثادق porro vid. in v. الحُجَيْرة, Zam. p. ٢٨, 13 (ubi l. ثُغْرُغ) -15, et p. ٨٣, 7. In textu l. 5 a f. pro يفرع cum Fl. etiam l. يفرغ. De ثافل vid. infra in v. الفاحة, مَعْيَط et يرثد, Zam. p. ١٩٣ in f., et Al-Bekrī in v., ubi haec: ثافل بكسر الفاء وفتحها معًا هو جبل مُزَيْنَة وقد ذكرته فى رسم ارثد — وفى فَفَا ثَافِل ماء يقال له مَعْيَط الخ. De ثاقلية vid. Zam. p. ٣٩ in f. et n. *d*; de ثاقلية (in text. ar. ثاقلة), pago in Principatu Tyri medio aevo, Quatrem. *H. des Sult. Maml.* II, 1, p. 174 l. 6, et p. 217; de وادى ثال, in Arabiâ Petr. a meridie τοῦ غُرْنْدَل, Seetz. III, p. 115, et Robins. *Pal.* I, p. 114.

P. ٢٣٤ l. pen. Al-Bekrī in v.: الثناملية فال يعقوب هى ماء لاشجع بين صُراد ورَحْرَحان والداهية وقال الفرارى هى ماء بين المروزات وبين الصراد والمروزات جبل لاشجع والصراد لبنى ثَعْلَبَة ابن ذُبْيان الخ. De صراد et رحرحان vidd. in vocc.; الداهية, s.

الدّاهنة (ut in Cod. Leyd. in sect. الدّال والهاء exstat), et الدّوزات ap. Nostrum desunt, sed ab eo affertur مَرْوَزاه, de quo item vid. Al-Mošt. ١٧٤, 7, et Ibn Hisch. I, ٩٩, 15 et p. 21. Infra II, p. ٣٠٧ n. 6 ap. Al-Bekrīum etiam الغزارى laudatur, et de يعقوب conff. *Add.* p. 66, 83, 168, 169 et 498. Lin. ult. cum Fl. scr. الشّاتى; pro ونمّى, ونمّى, et pro الثانتان, الثأبان.

P. ٣٢٥ l. 4. De التّبّراء, quae etiam vocatur التّمّراء, vid. infra in v. De ابو ذُؤيب vid. Al-Mošt. p. ٣٢٧ l. 11 in v. الزّهْوه, p. ٣٩٥ l. 2 a f. in v. شامة, et p. ٣٩٨, 3 in v. المُشَقّر. In v. السنّ ibid. p. ٣٥٨, 5 dicitur ابن ابى ذويب. Vocatur ابو ذويب a Zam. p. ٣٧, 5, ٩٩, 6 et 8, ٨٩, 7, ٩١, 10 et ١٠٥, 4, et apud Nostrum infra p. II, p. ١٨ in v. سدر, II, p. ٣٢١ in v. كوساء, III, p. ٣٩ in v. مأبد, III, p. ١٠٣ n. 11 in loco Al-Bekrīi de المشرى, et III, p. ٣١٩ n. 8 in loco ejusdem de هوزر. De ابن ابى ذويب (s. ابو ذويب) عبد الله بن الحرث بن ساجنة السعدى, patre Halīmae, nutricis Prophetae, vid. Ibn Kallik. N. ٣٨٤ (ed. Slan. p. ٣٠٩, 6 a f., et in ipsius vers. I, p. 608). De formâ nominis Dowaibi conf. Tuch in *Z. d. d. m. G.* III, p. 215, et Blau ibid. IX, p. 233. De تَمْتَجِل, Zam. p. 5, et Al-Bekrī de h. l. ibid. in n. *d.*

P. ٣٢٥ l. 5. De تَبْرة vid. infra in v. لَصَاف, Zam. p. ٣. l. 8. Al-Bekrī in v.: تَبْرة — موضع تلقاء لَصَاف من ديار بنى مالك بن زيد مناه بن تميم وقيل هو من ديار بنى تعلب ودبار بنى يربوع وكانت بين هاتين القبيلتين (القبيلتين l.) فيه حرب هزمت فيه بنو يربوع وفرّ عتيبة بن الحرث بن شهاب عن ابنه حَزْرة يومئذ فقتل الخ. De 'Otaiba ben Al-Hāret, vid. Ibn Qot., p. ٣٧, 15, Wustenf. *Reg.* p. 366, Caussin *Essai* II, p. 572, et de proelio, in quo cecidit a. p. C. 621, ibid. p. 594.

P. ٣٣٥ l. 7. Ut Noster, sic etiam Al-Bekrī de *quatuor* montibus loquitur, dictis ثبير. Sic Al-Bekrī: جبل بمكة وهى اربعة اسماء بالحجارة والذى بمكة كانوا يقولون فى الجاهلية اشرف ثبير كيما تغيير وهو الذى صعد فيه النبى صلعم وحف به هلال اسكن ثبير فانما عليك نبى وصديق وشهيد وقد روى هذا فى حراء وهذا هو ثبير الاصغر والثانى ثبير غينا بالعين المعجمة والثالث ثبير الأعرج والرابع ثبير الاحدب هكذا ضبطناه عن ابى العباس الأحول على الاضافة وحكاهما ابو بكر ابن الانبارى على النعت ثبير الاعرج وقال ابو حاتم عن الاصمعى فى الاول ثبير حرا وانفقوا فى البلنة الا فى اعراب الاسمين وقال العجاج (الرجز) بمعشر البكير (الكبير l.) والهيثمين بنى ثبيرين بجمع معلم، يعنى ثبير الاعرج وثبير الاحدب. De proverbio نعير كيما اشرف ثبير, quod etiam in Al-Mosṭ. in v. ثبير, et ab Al-Qazwīnīo I, p. ١٥٩, et II, p. ٧٩, 14 et seqq, affertur, vid. Freyt. *Arab. Prov.* I, p. 661, et Dozy *Loci de Abbad.* I, p. 91; — ابو العباس الاحول supra jam occurrit in *Add.* ad p. ٩٩ l. 7 (p. 119), et infra in v. واصيد. De ابو بكر محمد ابن الانبارى النحوى, vulgo dicto ابن الانبارى (+ ٣٢٧ s. ٣٢٨), vid. Ibn Kallik. N. ٦٥٣. — De ثبير monte Mekk. vid. item Al-Iṣṭakrī ap. Arn. *Chr. Ar.* p. 82, 4, Ibn Bat. ed. Par. I, p. 338, Al-Azraqī ٣٧, 11, ١٣., 2 a f., Qotb. p. ٣٩, 3 a f., ٣٨, 8, ٤٣٨, 1, ٤٤٧, 15 et seqq., et ٤٥١–٥٣. — Praeter aquam Mozainitarum, quam Noster et Al-Mosṭ. attulerunt, Al-Mosṭ. 7 loca memorat dicta ثبير. Tria nempe addit, a Nostro non adducta: 1) ثبير الزنج بمكة, 2) الخضراء ذ, 3) المرتفعة وهو جبل المشع ذ; nomen autem, quod hic Nostrum fugit, coll. supra in v. الاحدب, et Al-Mosṭ. et Al-Bekrīo locis modo laudatis, est الأحدب ذ. — Zam. p. ٣٨ l. 10-12 de ثبيران loquitur,

quibus intelligit ثبير غينا وثبير, alii vero, ut addit, ثبير حراء وثبير. — Cum Al-Mośt. consentit Qām. in v. ثبر: وثبير الأشيرة وثبير الخضراء والمتضع وارنبج (sic) والأعرج والأخدب وعدّها جبال بظاهر مكة. De ثبير عيناء, Al-Azraqī ٤٨٥, 17 et seqq., ٤٨٦, 1 et seqq., ٤٩٣, 4; — de ثبير المتضع (sic), ibid. ٤٨٧, 16 et seqq., et ٤٨٨, 5, et de ثبير الأعرج, ibid. ٤٨٦, 10 et seqq. Collatis ergo his omnibus testimoniis, videtur effici posse, *singulis* his nominibus non *diversa* loca significata esse; de ثبيرات saltem hoc est manifestum, quo nomine varios fortasse ejusdem montis *vertices* ob oculos habentes, alii, ut Zam. significabant ثبير الأعرج عينا, alii ثبير حراء, ubi per ثبير is spectetur, quem Al-Bekrī et Qām. appellant ثبير الأشيرة, Al-Mośt. et Noster tantum ثبير, alii contra, ut Al-Bekrī in explicatione versus Al-Aggāgi, ذ" الأعرج et ذ" الأخدب. Mons autem عينا, quem Al-Bekrī, ut peculiarem montem adducit, Noster in v. غينى dicit esse فمّه ثبير فى اعلاه وهو حجر كأنّه فمّه, unde ergo simul explicatur cultus, qui in monte ثبير ante Moh. instituebatur. Zam. hunc ذ" غينى ponit prope Minam, quare fortasse non diversus erat a ذ" منا, et in eodem tractu sine dubio est المتضع, qui in Al-Mośt. et infra in v. المتضع, mons vocatur Al-Mozdalifae, unde, non minus quam ex Mina, ثبير vel ثبير الأشيرة, quem describunt Al-'Iṣṭakrī (ap. Arn. *Chr. Ar.* p. 82 l. 4 et 5, coll. p. xiv et Gloss. p. 62ª et 72ª), Al-Qazw. l. l., et Abū'l-fed. p. ٨١ l. 11 (Rein. p. 108), erat conspicuus. Quare non temere videmur statuere, hos montes, s montium *vertices* aut *cacumina* in eodem fere tractu quaerenda esse. Quid de ذ" الرنبج et de ذ" الخضراء judicandum sit, praeter hoc, quod Qām. tradit, hos esse sitos *extra Mekkam*, aliis testimoniis deficientibus, latet. Nimirum Ibn Ǧob., quem nondum adduxi, p. ١٥٩, 5 a f. de ثبير loquens, et collato Al-'Iṣṭakrīo l. l., l. 6, Al-Mozdalifam cogitans, de iis nihil etiam tradit. — P. ٣٣٥ l. 10 porro ad هو Fl. sequentia notavit: »In وهما Codicum sine dubio aliud verbum latet; nam primum vix credibile est, pronomen tritissimum هو in هما detortum esse, deinde montem ثبير غينى eundem esse ac montem حراء, auctoritate, quod quidem sciam, plane ca-

ret. Fortasse pro هما scribendum est مما, vel حذاء, *e regione.*" De حراء reverâ hìc esse sermonem ex supra allatis locis Al-Bekrī*i* et Zam.ᵘ est verisimillimum, idque non obstat iis, quae de situ hujus montis infra in v. حراء traduntur. Praeterea هما etiam in Cod. Ox. legitur. Itaque retento هما et deletâ notâ (ʿ), dicta Al-Aṣmaʿī*i* sic potius interpretor, eum, ut Zam. per دمران intellexisse الاعرج ″ د et عمى ″ د, ac dicere voluisse: ambos nomine utrique communi حراء nuncupari," quod tamen adversatur dictis in v. دعمة, ubi de حراء ut de *uno* monte juxta دبر est sermo, sed confirmatur iis, quae in Jāq. Ox. et Petrop. exstant, ubi haec. ومال الاصمعى دبر الاعرج هو المسرف بمكة على حنف النظارميين (l. النظارفنس) دبل ودبير عبنى (l. عنى) ودبر الاعرج وهما حراء ودبير الخ. De حراء vid. etiam Al-Qazw. l. l. II, p. ٧٩ l. 19 et seqq.

P. ٣٣٥ l. 12. Pro النشانه, Cant. cum V. النشناده; recte Oxon. النتانه, et pro seq. النبانة (pro quo l. النبادة), Cant. النبانة. Jāq. Oxon. et Petrop.: بالضم ويروى النبانه (l. ut in J. P. النتانه) النُتانَة الروانتيين جات فى قول زيد الخيل الخ (J. P. وكل) كلّى. Carmen hocce M. الطويل, ibi deinde affertur, et exstat item ap. Al-Bekrī*um* in v. ابضة, ubi haec leguntur:

عَفَتْ أُبْضَةٌ من اهلها فالاجاول ... فوادى نُضَيْض فالصَّعيدُ المقابل

وَذَكِّر منها بعد ما قد نَسيتُها ... رَمادٌ ورَسْمٌ بالنبانه مَسائل

فَبُرْقَةُ أَنْعَى قد تَقادَمَ عَهْدُنا ... فما أَنْ بها إلّا النَّعاج المَطافل ۞

Pro أُبْضَة, de quo loco, ut de الاجاول, vid. in vocc., Jāx. Ox. habet أَبضَة, Jāq. Lond. ابغه; ille porro pro نضيض فوادى, ubi in Cod. Al-Bekrī*i* Leyd. *vocales* sine dubio a *recentiore* manu sunt additae, فحجيب بُضَيْض, Lond. فحجيب بصيص, (l. جيبٌ — ? فحجبب بُضَيْض enim locus est, per quem in terram intras). Ultra lectio, نُضَيْض an بُضَيْض, vera sit, nescio. Pro بالنبانه, Al-Bekrī ex Cod. Leyd. per-

peram س pro ه; Jāq. P. بالسانة, et Ox. بالسانه, Lond. idem, ut videtur, quod lateat in بالسانه. In Ox. deinde العاشية est ل (non ك). Pro ultimâ regulâ denique in Ox. et Lond. haec legitur:

تَمَشّى به حَوْلُ الظّباء كأنّها امّاتٌ بَدَتْ عن ظهر غَيْب حوامل.

P. ٢٣٥ l. 13. Al-Bekrī in v.: النّجار والنّحيرُ ماءتان مذكورتان في رسم السنار. Idem de ذَجْر: اسمُ ماء لباهلة الخ. Pro بن جُسْر cum Fl., collatis Codd., exhibentibus بن جرس, et supra dictis ad vocem تبالة Add. p. 456, scrib. بن جَرَس, quod deinde confirmatur iis, quae Wust. in *Reg.* p. 371 in v. *el-Qein* observavit. De الشُّحْن, Al-Bekrī in v.: موضع بعد ذَرْوة في رسم النعاس وهي اودية مجتمعة فتلك. Quid pro النعاس sit legendum, non assequor. De شاجَة vid. Zam. p. ٣٩, 8, ubi tamen fortasse spectatur سَاجَا; vid. in *Add.* ad v. نعل; de شاجُوده, urbe Sinensium, Rein. *Aboulfed.* I, p. CDIII. — Ad v. تَخْت conf. Qām. in voce, ubi eadem quae hîc traduntur, sed post جَرْع additur أُبَيْمَن.

P. ٢٣٩ l. 2. Al-Bekrī in v. النَّدْواء — موضع ذكره ابن دريد ولم يحدّده. Zam. p. ٣٢, 5 tantum addit موضع. Porro Al-Bekrī in v.: النُّدَيّ موضع بتهامة الخ. Deinde addit: وقال يعقوب في كتاب الابيات العَبْد اسم جبل اسود يكتنفه (l. يكنفه) جبلان اصغر منه يسمّيان النُّدَيَّيْن (l. اصغران); quibuscum conff. infra dicta in v. العبد. Pro فبطنه l. 4 cum Fl. l. بتطنّه, *itaque putes*, vel فنطنّه, *itaque putamus*. Locus النُّدَيّان in viâ Ar-Raqqam versus, memoratur in inscriptione carminis Motanabbii in J. v. Hammer *Motenebbi*, p. 217. De حَمِيل بن عبد الله العذرى (+ 82), vid. Ḥamās., p. ١٥٩, Ibn Kal-

lik. N. ۱۴۱, Al-Beqā'ī in Kosegart. *Chr. Ar.*, p. 49 l. 3 a f. et seqq., et Wustenf. *Reg.*, p. 180. — De نُدُور, pago Haur., vid. Seetz. I, p. 110 et seq.

P. ۳۳۶ l. 6. De الرُّوَيْمَة, الصَّفْرَاء et النَّجِيّ in v. دِرَا, vid. in vocc., et de postremo Wādio, etiam supra in *Add.* p. 441. Al-Bekrī haec in v.: ذِرَى — على وزن فِعَل موضع اسفل من وادى النَّجِيّ (النَّجِيّ l.) بين الرويمة والصفراء على نلثيى من المدينة قال كثير (الطويل) وقد دابانْ منها ذِرَى مستجيرة ۞ مَبَاضِعَ من وجه الضُّحَى مُتَعَالُها ورواه محمد بن حبيب ذرى عسر مجراه على وزن فعل مستجيرة بالنصب. De دعال et مباضع vidd. infra in vocc. et *Add.* — De دِرَادِر vid. in v. الحَمْبَة; de دُرْنُم Al-Bekrī in v.: موضع وقال عمرو قد ذكرتُه فى رسم لَحْجٍ. In hac autem voce haec tradit: ابن السُّلمانى من ساكنى نجران وكان ابراهيم بن هشيم قد شاجنه المدينة (الطويل) اذاما أُنيخَتْ بعد لَحْجٍ ودُرْنُم، وانّى لابرهم لَحْجٍ ودُرْنُم.

P. ۳۳۶ l. 12. Ut Fl. observat, اردى in v. ذَرِبَ scribitur pro اردأ, forma intensiva adj. رَدِيٌّ; et sic l. 13, حامية pro حامئة. Pro بخدر l. 14 cum eodem scribe بنحدر, *descendit.* De السَّرْسَار vid. in v. حَشَاك et الحَضْر (p. ۳۰۸, 2), Zam. p. ۳۱ et seq., et in primis Abū'l-fed. p. ۵۴ et ۵۵ (Rein., p. 66 et 70). Haec Al-Bekrī in v.. ماء معروف قبل نكريت والى جانب الثرثار الحَشّاك ذَهْرٌ وقال الهَمْدانى الثرثار نهر يصبّ من البَرْماس الى دجلة وقال ابو حنيفة الثرثار بالجزيرة الخ — والحَشّاك الذى ذكرناه هو ماء الى جانب الثرثار بالجزيرة كما قلنا والحَشّاك ايضا ماء آخر لعبس بالشام. De المرثار vid. item Layard *Niniveh* I, p. 167, et de ثَرْثَر, pago in Principatu Tyri, Medio Aevo, Quatrem. in *Hist. des Sult. Maml.* II,

1, p. 174 l. 7 et p. 217 (In Cod. بمرمر); de دَرْعان, castello prope بريبق (Nicaea), vid. Defrémery *Voy. d'Ibn Bat. dans l'Asie Min.*, p. 71. Pro دُرام apud Nostrum, Qām. in v. درم: وكسحاب دمنة بالمغرب. Ibique in در, pronunciatur دِرْدور, دِرْدور.

P. ٢٣٦ l. 17. Zam. p. ٣., et Al-Bekrī in v., de الدَّرْماء eadem tradunt. De دَرْمَداء vid. Zam. p. ٣., 6 et 7, et ٣١, 3. In priore loco vocatur بلد. Qam. in v. درمد: ودَرْمَداء ع او ماء بنى دبار بنى سَعْد. De aquâ hujus nominis, sed dictâ دِرْمِداء, vid. Dieterici *Mutenabbi u. Seifuddaula*, p. 9, et supra in v. تَرْمَد. Al-Bekrī in v.: دَرْمَداء — وهو بالوَشْم وهى حَرّة والبها تنتهى اودية جمعًا وهى من منازل بنى ربيعة بن مالك بن زيد مناه بن تميم بنجد الخ. De درمد idem haec tradit: دُرْمُد وهو قبيل دَرْمَد الخ, quibuscum conff. dicta ejus in البقع et سعف. Qām. in v. l. l.: ودَرْمَدٌ شِعْبٌ بأحَدَ. De Tribu عُطارِدُ بن عَوْف, quae spectatur in v. الدُّرْمُلِيَّة, vid. Wustenf. *Reg.* p. 365, et infra in v. الحَصْراء, السُّلَيْب, الغُرَيْز, التُّتاءة, et Al-Mošt. p. ١٥٧, 8.

P. ٢٣٧ l. 2. Qām. in v. درم: ودَرَمَةُ مُحَرَّكَةً ة بجزيرة صِقِلِّيَّة. Noster scribit دِرْمَة. De hac urbe vid. in Amari *Bibl. Sic.*, 1) Al-'Idrīsī, p. ٥٥, 3 (Jaubert II, p. 91, legens تِرْمة, et conferens nomen *Termini*), ٤٩, 11 (Jaub. p. 93), ٥٧, 9 (Jaub. p. 93), ٩٣, 3 a f. (J. p. 108), et v. in v. (J. p. 114); 2) Ibn Ġob. p. ٨٧ (in ed. Wright. p. ٣٣٢); 3) Jāqūt p. ١.٩ l. 4 a f. et seqq.; 4) Šamso'd-Dīn Ad-Dimišqī, p. ١٥٥, 1, apud quem درمة in برتية corrumpitur; 5) تاريخ صقلية, p. ١٧٥, 2.

P. ٢٣٧ l. 3. Pro دَرْوان Zam. p. ٣٢ l. 5 scribit in Cod. Leyd. دِرْواء. De دَرْوَق vid. Zam. p. ٣٠ l. 2 et n. *a*; de الدَّرْبا, Al-Mošt. in v. et p. 8.

Zam. p. ٣٩, 7 tantum loquitur de ماء, et de aquâ الثُّرَيَّا in monte عاقر, p. ١١. l. 1. De بئر الثُّرَيَّا بمكة, vid. Al-Azraqī ٤٤., 3 a f. De 3° et 4° ap. Nostrum, Al-Bekrī haec: الثُّرَيَّا اسم ماء مذكور محدّد فى رسم صريّة — والثريا اسم القصر الذى بناه المعتصد ومات فيه ورعم الطمرى انه كان فى طوله ثلثة فراسخ. De 4to Qām. in v. الثروة: وابْنِيَة للمعتصد ببغداد. Al-Mo'taçidum tamen in eo palatio *mortuum* esse, ad a. mortis 289 neque Abū'l-fed. in *Ann.* (II, p. 286 et seqq.), neque Abu'l-Maḥ. (II, p. ١٣١) memorant. — De alio hujus nominis castello, s. palatio, Al-Mo'tamidi in Hispaniâ, vid. Dozy *Scriptt. Arab. loci de Abbad.* I, p. 142 et 145, ubi (142) etiam sermo est de aliis palatiis ejusdem, v. c. الزاهى et النّاج, cet. Ad l. 6, et ad n. 1 haec observat Fl.: »Pro مُرّ scrib. مُرَّة, ut recte est in Al-Moscht. p. ٧٨ l. 7; vid. Ibn Cot. ed. Wustenf., p. ٣٣ l. pen. et ult., et Kâm. s. v. نبم, et Wustenf. *Geneal. Tab.* 1 abth. Tab. R. Contra in مُرّ تميم بن p. ١١ l. 3 nihil mutandum est; conf. Ibn Qot., p. ٣٧ l. 1 et seqq., Kâm. s. v. مُرّ. Totum ordinem gentis vid. ap. Wustenf. *Geneal. Tab.* 1 abth. Tab. K. Verba ergo in n. »et sic leg. in v. انان delenda." Vidd. dicta in *Add.* ad h. l. p. 13, coll. *Add* p. 341. De Temīmit*is* Hamzam cum ع confundentibus (ut عَنْ pro أَنْ), vid. Freyt. in *Lexico* in v. عَنْعَنَة (quâ voce istud vitium significatur), et Renan *Hist. gener. des Langues Semit.* I, p 249. — L. 8 Fl.: »ميلان vulg. pro ميلان." Pro المستنكر, in v. ذ ن ر, Fl. potius lectionem Codicum المستوفز servat, ejusque aut comprobationem, aut refutationem aliunde exspectare mavult. Ox. sequitur hîc L. et V., aut legit المستوفر, quod etiam exstare videtur in Jāq. Oxon., ubi seqq. leguntur: ثُرَيْر تصغير ثر وهو الشىء الكثير موضع عند انصاب الحرم بمكة مما يلى المستوفز وقبل (وقبل sic! l. وقبل) صُقع من اصقاع الحجاز كان فيه مال لابن الزبير وروى انه كان يقول لجنده لن ناكلوا تمر

خزير باطلا ۞. Sic etiam Cod. Petr., ubi tantum pro انصباب, male الصباب, et pro المسوفر, ut Jāq. Berol., المستوفد. Al-Azraqī ۴۴۴, 9 scribit المُسَوْفِرة.

P. ۲۲v l. 14. De دُعَال vidd. *Add.* p. 527. Al-Bekrī in v.: دُعال بضم اوله على بناء فُعال جبل غريب من مَتَاضع وتَبَاضع سُعَيْب بلاد تدفع الى بدر وقد تقدم الشاعد على ذلك بالفعل قد عند ذكر ذى. Vocem معشى ap. Nostr. h. l., et supra p. ۲۱۵, 5, primum pronunciavi مَعْشَى, *locum* intelligens, ubi crescit العَشْواء, quae est palmarum species; collatâ vero Fl. observatione I, p. ۳۰۵, 5, pronuncianti مَعْشَى (sic), ac putantis significari *locum, ubi cameli noctu pascuntur* (*Add.* p. 498), hanc interpretationem jam praeferam. Ex tali loco nomen البَوْنَة demin. τοῦ بَوْن (i. e. *fimus, stercus*) fortasse suam originem sumsit. — Locus, ubi de دُعَال fit mentio, in Mo'allaqa et Diwan 'Imro'l-Qaisi non occurrit. Al-Bekrī in v.: العَشْواء — بلد الخ. — De دَعْلان urbe Tokāristānis, Al-Idrīsī I, p. 477.

P. ۲۲v l. 15. De التَّعْلَبَّة vid. supra p. ۲۳ in v. احمال, p. ۱۵۸ in v. بطان, p. ۲۱۵ in v. عاعى, et infra p. ۲۲۸ in f. in v. دعل, p. ۲۵۸ in v. حقاف الطلبى, p. ۳۲v, 10 in v. حَوَانا (sic ibi l. pro حوانا), p. ۳۳۰ in v. حوماده الدراج, p. ۳۵v in v. الخضراء, p. ۳۶۳ in v. الخيل, p. ۵۰۴ in v. زيالة, et III, p. ۲۸۰ in v. دِ, Abū'l-fed. p. ۹v in v. قد (Rein. p. 131), Ibn Gob. p. ۲۰۸ l. ult. et seqq, Ibn Kallik. N. ۷۹. in init., Ibn Bat ed. Par. I, p. 410. Al-Bekrī in v.: التعلبّة منسوبة الى ثعلبة بن مالك بن دودان بن اسد وهو اول من حفرها وهى من اعمال المدينة وهى ماء لاسد وقد ذكرناها فى رسم قد الخ.

P. ۲۲v l. 17. Zam.ni locus exstat p. ۳۹ l. 8, quo collato cum loco nostro, conjicias (si *L. G.* locum *integrum* attulit) verba الّا ad معروف (ap. Zam.) esse glossam alicujus, qui hunc locum دُعَل recte distinxit a دُعْل, quod nomen

in *L. G.* quidem vocatur ماء, sed ap. Zam. صحراء; reliqua ap. Zam. ceterum cum *L. G.* conveniunt; nam معروف ap. Zam. sec. *L. G.* est *aqua Kilab*itarum, in quorum dithombus aqua نُعْل sec. *L. G.* sita est. Pro نشجة tantum ap. Zam. leg سَشَجا, quae in *L. G.* in v. dicitur esse aqua Tribûs Qowala, quae in *L. G.* tantum in v. دعل et سشجا, et in Al-Most. in v. نُعْل (ubi pronunciatur سجا) memoratur. Sic السُّكّرِي in Comment. ad Diw. Tahmānis ed. Wright in *Opusc. Ar.* (1859) p. ٨٣ in f. et seqq.: الأَحْراب أَمْرِن حُمُوّ بين السَّشَجا والنُّعْل وحزيمها وضَمّ لبني الأَصْبَط وبني فُوارَة فما يَلِي النُّعْلَ فلبني هِلال بن ربيعة وما يَلِي سَشَجا لبني الأصبط بن قُلاب الخ; ad quae conff. dicta p. ٩٣ n. 41-43. De يوم الاحراب, Al-Azraqī vid. p. vi, 4 a f., et de النُّعْل بي دبار تلاب infra etiam in v. خَرِب, ubi aqua videtur intelligi, et is locus quoque cum (aquâ) السَّشَجا jungitur. De نُعْل موضع cursim tantum loquitur Ibn Doraid, p. ٢٣١, 6 a f. — Qām. in v. النعل: وكَقُفْل ع بحجد, quocum Al-Bekrī prorsus convenit. Pro مكة l. penult., et II, p. ٢٧٧, 3, atque in Al-Most in v. نُعْل, Fl. putat legendum esse المدينة, quia بنو سليم prope Al-Medinam habitant. Collato tamen Zam.[10] p. ٣٥, 5, دِرْك العماد, sec. *L. G.* II, p. ٢٧٧, l. 5, situm في ديار بني سليم, ibi, et supra I, p. ١٤٩, 13 et 14 (ubi العمد scribitur), atque in Al-Most. p. ٥٣, 6 (ubi بَرْك الغماد), ut ap. Zam. l. l., etiam ponitur من وراء مكة. Ac praeterea ap Wustenf. in *Reg.* p. 427, Solaimitarum ditio ad loca *prope Mekkam* extensa esse fertur; quare lectio مكة iis locis bene se habere videtur. Seq. المُعَيْلِبات Zam. p. ٣٢, 10 raptim affert. Al-Bekrī in v.: موضع مذكور محدّد في رسم راكس فنظره هناك. Ibi (in sect. الراء والكاف) haec: راكس موضع في ديار بني سعد بن ضبيعة من بني اسد — وقال عُبَيْد (الكامل)

فراكس فتعلبات الخ هذه كلها فى ديار بنى سعد من بنى اسد الخ. De دغار, 4ª statione peregrinatorum sacrorum ex Aegypto Al-Medīnam tendentium, antequam desertum التيه ingrediuntur, An-Nābolosī, p. 5 l. 1.

P. ٢٢٨ l. 5. Pro مشائخ in v. الثغور (quâ voce ego primum putabam Nostrum ob oculos habuisse viros doctrinâ conspicuos, quorum multos enumerat Al-Mostarik, ab الثغور nomen habentes), cum Fl. tamen leg. مشابيح, pl. nominis مِشْبَح a شاح, med. Je; et l. 7 pro وطرسوس, ut idem monet, cum Codd. L. et V., quibuscum Oxon. et Cant. etiam conveniunt, leg. »وكيطرطوس; nam hoc nomen et quae proxime sequuntur, non sunt juncta cum عسقلان (quod exemplum est τῶν بلاد الساحل, i. e. ثغور *maritimorum*), sed cum ipso كيلان الساحل, et exempla sunt ثغور *terrestrium*. Pro واديه accuratius وادبه; conf. p. ٢, 8 et 9, et Moscht. p. ٨٧ l. antepen." De ثغور المسلم vid. item Al-Içtakrī in Arn. *Chr. Ar.* p. 91 l. 4 a f., plura loca enumerans, Abu'l-fed. p. ٢٣٢ l. 14 et seqq., *I. A.* 1847 Mai, p. 436, et Al-Most., praeterea loquens 1) de ثَغْر اسبيجاب من ثغور الترك; 2) de ثَغْر غُزَاوَة قرب الدلم; 3) de ناحية شرق الاندلس (s. الثَّغْرة) الثَّغْر, de quo tractu vid. item Abū'l-fed. p. ١٧١ in v. مدينة سالم, et Rein. p. 257; 4) de ثَغْر صُوْر, p. ٨٨ l. 11. De ثغر الاعلى (Aragon), conf. Al-Maqq I, ١٠٣, 14 et seqq., et Dozy *Rech.* I, p. 20. — De ثغاع (*Tongling*), montibus a septentrione Indiae, Rein. *Géogr. d'Aboulf.* I, p. ccxxix et cccxxxii, et *Mém. sur l'Inde*, p. 161; de وادى ثَغْراوة, in finibus regni Marokk, prope Tafnam, *I. A.* 1849 Aout-Sept., p. 227; de الثغور مسيد, Sacello sepulcrali Damasci, *Z. d. d. m. G.* VIII, p. 369.

P. ٢٢٨ l. 12. Qām. in v. الثغب: وثَغْبَة بالمدينة. V. Hammer in *Motenebbi*, p. 372: »*Takab*, die Wegscheide zwischen der Strasse nach Wadio'l-Miah und Wadio'l-Kora." Pro ثَغْبان, ut Noster, Qām. l. l.: وثُغْبان بالجَنَد. De الثُّغْبَة بمكة, Al-Azraqī ٣٣٩, 3 a f. et seqq., ٣٩٧, 14, ٤٨٧, 6 a f. et ٤٨٨, 3; de ثُغْل, Zam. p. ٣٠, 8 et 9, coll. n. *f*, et p. ٣٧, 7 et 8 ibiq. n. *f*; de ثَغْب الثَّغْد بمصر, Wustenf.

Macr. Gesch. d. Copt., p. ٥. l. 11 et p. 119. — Al-Bekrī in v.: ثعيب بفتح اوله وكسر ثانيه — وآخر مذكور فى رسم مَنْعَر. In v. قال ابن الاعرابى هو واد بالغرع — وانشد للاخوص (الطويل): منعر عفا منعرٌ من اهله فمغيبُ — قال وثعيب واد بالغرع ايضا — هكذا نقلتُهُ من خطّ ابن الاعرابى ثعيب بالثاء المثلثة وثغيب بالنون مذكور فى موضعه من هذا الكتاب وثعيب بالثاء صحيحٌ — وروى ابو حاتم ثعيب منعرًا الخ. Idem ergo locus designatur, qui in *L. G.* vocatur ثُغَيْب, coll. v. الغُرْع s. الغَرْع, infra II, p. ٣٤٩. Qām. l. l.: وكُرَيْثٍ طريف من اعلى المعلمة الى النسام.

P. ٢٢٨ l. 3 a f. De ثكامة Al-Bekrī eadem, quae Noster tradit, sed nomen pronunciat, ثَكامة بفتح اوله. Idem de ثُكْد: بضم اوله وثانيه وثد بضم — اسم بئر فى ديار بنى ثعلب الخ, واسكان ثانيه, de quibus conf. Zam. p. ٣٠. in f, et p. ٣١ ibique n. *g*. — Pro ثعلة in v. ثَكَن, scrib. بُعَيْلة s. بُعَيْلة. Intelligitur: عبد المسيح بن عمرو بن حَيّان بن بُقيلة, ut nuncupatur ap. Ibn Dor. in الاشتقاق, p. ٢٨٥, 13 et seqq., et Abu'l-fed *Ann. Musl.* I, p. 6, et 8, ubi carmen exstat, quod Noster ob oculos habet. Poeta erat, et Legatus An-No'mānis ben Al-Mondir ad Kosrū Parwiz; florebat ergo aetate, quā Moh. natus est. De eo vid. infra in v. دير عبد المسيح, Caussin *Essai* I, p. 195, et 198, et III, p. 407 (scribens *Bakila*), v. Hamm. *Lit.-gesch.* I, p. 45-47 (ubi *Bokaila*), et Wustenf. *Reg.*, p. 29 et 30. De nomine ثعلة Qam. in v.: وبنو ثعالة كجهينة بَطْنٌ. Al-Bekrī haec tradit: ثَكَن — اسم جبل معروف وفى حديث سَطيح الخ; ad quae conf. Zam. p. ٣١, 5 et 6 et n. *a*, ac de حديث سطيح vidd. loci supra laudd. de عبد المسيح. Satīh nempe ejus avunculus erat. Qam. in v. item: وثَكَنٌ مُحَرَّكةً جَبَلٌ. De *Tseka* (? ثكى s. ثكى), prisco regionis Pengab nomine, Rein. *Mém. sur l'Inde*, p. 153.

P. ٣٣٩ l. 2. De دُلَا (sic pro دلاء legatur) vid. Rutgers in Ind. ad *Spec. de Hasano Pascha*, in v., et p. 196; de املاء, Al-Most. in v. et in v. سون (p. ٣٩., 1-4), et infra in eâdem v., et in v. ذير المعلّى; de دلافان, Zam. p. ٣٩ l. 4 Pro خُمْسِيّ ap. Nostr. l 5, ut jure observat Fl., coll. I, p. ٣٨٥ l. 2 et 3, leg. خَمَسِيّ. — Sequens دلاك etiam attulit Zam. p. ٣٩ l. ult. De مُراد بن ماكن vid. Wustenf. *Reg.*, p. 323; de الجزائر الملاك in mari Indico, Al-Qazw. I, p. ١١٣ l. 16 et seqq.; de التَّلْمُون, Nost. in v. أيمر, ارمام, حرير, حُلْوة, Zam. p. ٣, 7, ٣٩, 4-6 (ubi Naçritis tribuitur), et v٣, 5. — Al-Bekrī in v.: التلبوت اسم واد حي بلاد عطفان الخ. Pro دلى l. 9, Fl.. »puto (inquit) دلدع; conf. p. ٣٧ l. ult., ١٧٣ l. 8, ٢١٥ l. 4." Quia tamen ap. Zam. l. l. p. ٣٩ l. 5 (ubi dele Tašd.) etiam exstat دلى, hoc pronuncio دَلْى, et suspicor verbum وَدَلَ, quod proprie de *stillatione pluviae* adhibetur, etiam usitatum esse de rivulo in alium rivulum tarde et *guttatim* veluti influente. Pro nomine Tribûs ذُبْيان, infra in v. Noster scripsit ذُبَيان. Qam. etiam p. ١٧٧٨: ذُبْمان بالضم والكسر قبيلة.

P. ٣٣٩ l. 9. Al-Bekrī in v.: التَّلْماء ـ مدينة مذكورة في رسم صرّة; sec. Zam., p. ٣٨ l. 3 a f.: ماء لبني قُرّة; sic nempe, ut jam vidit Fl., l 12 lege pro مُرّة, coll. Al-Most. p. ٨٩ l. 3. Deinde occurrit التلماء ap. Nostrum II, p. ٤٣ l. 2 in v. سلامة, et ap. Zam. p. ٨٣ l. 5. De يحيى بن ابي حَفْصة vid. Ibn Kallik. N. ٧٣٩, et Abū'l-Mah. I, p. ٥٠٩, ubi de ejus nepote, مروان بن سليمان بن يحيى (+ a. 182), fit sermo. L. 12 porro cum Fl. l. pro قريط, قُرَيْط; vidd. *Add.* ad نملى, et supra *Add.* p. 210 ad الادماز, p. 374 ad السلعاء, 381 ad بليق, et infra ad v. الحجاز. — Al-Bekrī deinde in v.: النَّلْم بضم اوله وفتح ثانيه اكمة مذكورة محدّدة في رسم قَيْد

والثَّلْم — ج. Pro بالضمار l. 13, cum Fl. et Wustenf. l. بالضَّمَّان. »Ex vestigiis Codicum (Fl. ait) sic leg.; conf. Moscht p. ١٩ l. 10 et p. ٣١. l. 14.« L. 14 in v. دُلَّث, pro رشديده l. ودسدده. — De دَلَّث vid. Al-Bekrī infra in v. خَرِير in *Add.* ad h. l. De دَلَهَ, pago prope دمسمن, et de Judaeis ibid., Isr. Jos Benjamin II, *Cinq années de voyage en Orient*, 1846-51, p. 39 et seq., de وادى دَلَيَه in Siciliâ, Al-Idrīsī ap. Amar. *Bibl. Sic.* p. ٩. in f., et ap. Jaub. II, p. 105.

P. ٣٣٩ l. 16. De النِّمار vid. infra in v. وَتُوره; Al-Bekrī in v.: النِّمارُ جمع نَمِرٍ ماءٌ من مياه العرب مذكور عمار. De نمار *appellativi* sensu vid. III, p. ٩. l. 5. Cum dictis de نمامة conff. supra dicta in v. احجار النِّمام, et *Add.* ad h. l. p. 52, et in v. صُخَيْرات, ubi de صُخَيْرات النِّمام fit sermo, dum النِّمام etiam uno tenore memoratur cum القَرْن وتَلَل, in v. احجار النمام. Cum his conf. tamen Ibn Hisch. I, ٢٢١, 3 a f., ubi juxta تَلَل عرس sermo est de صُخَيْرات النِّمام, sed ut videtur per errorem; leg. nempe ibi et deinde I, ٢٣٣, II (ubi صخيرات النمام iterum recurrit), النِّمام, ut Nost. in v. نمامة et صخيرات diserte significat, in quâ posteriore voce praeterea monet, (بالنماء) صخيرات النمام alium esse locum. De النَّمامَة sermonem esse non posse, cuique manifestum, attendenti spectari locum prope يَبْنُع. De نَمانِين vid. supra in v. بَارِيْدَى, Al-Idrīsī II, 154, 1 (ubi pro نمنين l. نمنمن), Al-Azraqī p. ٣., 12, et infra in v. دير أبون, Abū'l-fed. p. ٩٩ in f. (Rein., p. 91), et p. ٣٧٥, 17, Assem. *B. O.* III, 2, p. dcclxxxv, et Ritter *Erdk.* XI, 154. Vocatur item سُوق نمانين, quo nomine de eo loquitur Al-Bekrī, traditionem de Nuḥo fuse tradens. De النِّمادِى vid. Zam. p. ٣٠, 4 et n. *b*; de نَمادِيَة, ibid. p. ٣٩ in f. et seq.,

et in n. *e* locum Qāmūsi, Al-Gauhari verba improbantis, ac scribentis, ut Noster item infra, ثَمِنَة. — De ثَمَادِيَات, pago in insulâ Meroes, Lepsius *Briefe aus Aeg.*, p. 156 et 201.

P. ٣٣. l. 3. De اَلثَّمَد, a Nostro 4° loco allato, vidd. supra dicta ex Al-Bekrīo ad v. ذمرع (*Add.* p. 458). Praeter اَلثَّمَد ibi jam ex Al-Bekrīo allatum, idem etiam loquitur de: ثَمَدُ فُلَاة, quod etiam cursim memorat in v. تيما. De دمد الروم vid. item Al-Most. in v. الثمد, ibique et in ذكر الرياض, p. ٣ v l. 4, coll. p. 9, conf. etiam de روضة ثَمَد l. L. 5 pro مُخَيِّلة l. مُتَّسِعة, ut in Codd. et locis laudatis Al-Most. De اَلثَّمَد ماء mentionem fecit An-Nābolosī, sita, ubi post relictam 6am stationem (s. وادى القُنْحَاء), in itinere ex Aeg., Al-Medinam tendis (vid. p. 6 l. 10).

P. ٣٣. l. 7. Al-Bekrī in v. اَلثَّمْرَاء هضبة بنضايف الخ, quibuscum conf. Zam. p. ٣. l. 2; de ثَمْر et ثَمْع, ibid. l. 7. De دمار دمود, Ibn Badr. p. ٧٥, et Abu'l-fed. p. ٨٩ in v. اَلْحِجْر (Rein. p. 118); de ثَمْر ثَمُور, Al-Qazw. II, p. ٣٠٥ l. 6. — Al-Bekrī in v.: ثُمَيْل موضع باليمن الخ.

P. ٣٣. l. 12. De اَلثَّنِيَّات, castello prope بانياس (*Bajae*), v. Kremer *Beitr. z. Geogr. d. nordl. Syr.*, p. 21. — Al-Bekrī in v. loquitur de ثُمَيَّان, sed ibi revocat ad بَيَّان (de quo vid. supra), cujus loco, ut ibid. docetur, nonnumquam scribitur بنان et ثُنْيَان. De ثَنِن Al-Bekrī in v. haec: جبل من جبال البُون فى سرّه بلاد همدان وعلى راسه قصر ناعط وهو افضل قصور اليمن بعد غمدان. Sic Cod. Leyd. Infra in v. scribitur ناعط, et de البُون conff. *Add.* ad h. v. p. 407. Quid Arabes voce ثَنِيَّة intelligant, praeter Nostrum h. l., Al-Bekrī explicuit in l. inserto III, p. ٣٨. n. 8, et Jāqūt in Al-Most. in v. الثنية,

ubi hic unum locum ex sequentibus, a Nostro allatis, omisit (ثنية المذابيح), unum vero, a Nostro omissum, addidit (p. ٩., 10-12), ثنية العَسَل, quem Noster item in v. عسل transit. De ذ أذاخر vid. supra in *Add.* ad اذاخر, p. 68, Al-Azraqī p. ۴۳۲, 14 et seqq. et penult., ۴۴۳, 15, ۴۹۴, 2 a f., ۴۹۳, 15, ۴۹۴, 4, ۴۹۹, 12 (ubi de جبل الأذاخر), ٥٠١ in f., et Qotb. p. ۴٥۳, 7; de ذ أمّ الحمار بمكة, Al-Azraqī ٥٠١, 7 a f.; de ذ أم رباب, ibid. ٥٠٣, 3; de ثنية أم مردان, praeter Al-Most. l. l. p. ٩., 9 et 10, supra in v. بئر الأسود, quibus locis et loco nostro collatis, tum etiam Al-Bekrīi dictis supra in *Add.* p. 341 et 342, et Al-Azraqīi p. ۴۴١, 5 a f. et ۴۹٧, 3, apparet voce بمكة designari *ipsam urbem Mekkam*; quare Zam. p. ۱۹۴ l. 2 non hunc locum spectavit nomine الثنيّة, sed locum, qui mox apud Nostrum vocatur الثنية البيضاء, de quo etiam loquuntur Zam. p. ۳١, 7 et 8, Al-Bekrī nomine الثنيّة infra ad v. الحجير, et Ibn Batūtā ed. Par. I, p. 333. De بنو مخزوم, celeberrimâ Qoraisitarum familiâ, ante Moh. florente, conf. Al-Bekrī in *Add.* l. l. p. 341, et Caussin *Essai* I, p. 231, 252, 255, 309, 313 et 373.

P. ۳۳. l. 14. Pro بهبطكى Fl. scribit: »بهبطكى, i. e. بُهْبُطْكَى; conf. Moscht. p. ٨٩ l. 13, ubi falso scriptum est بَهْبَطْل." Ut legit Fl., ita scripsit Zam. p. ۳١, 7, de quo loco Wustenf. p. 9 minus accurate retulit. Hic vero ibid. pro فَجّ, ut Noster et Al-Most., habet فُجّ. De ذو طُوًى (ut hîc in textu ap. Nostr. et in Al-Most. lege, et Zam. recte scripsit) vid. infra in v. طوى; — ثنية بيضاء بالمغرب, ap. Abū'l-fed. p. ۱۲۳, 13 occurrens, in Ind. vero ut *Nom. propr.ium* allatum, potius ut *appellativum* consideretur, et sic de eo item loquitur Rein., p. 171 l. 5, vertens, *une colline blanchâtre.* De المنية البيضاء في طريق جُدَّة, Al-Azraqī, p. ١٥٥, 15, ۴٨۴, 8 ab init. et 2 a f., ۴٨٥, 11, 17, ۴٨٦, 8, ٥.., 13, ٥٠١, 8, ٥٠٣, 7; de ثنية الحَزَنَة, ibid. ۴٩٩, 14; de ذ بني عصل,

ibid. ١٥٥, 18; de مرسى الثنية in المغرب, Al-Bekrī ed. Slan. p. ٨٣ l. 2 a f.; de ثنية الخلّ, Al-Azraqī ٢٢٢, 4 a f., et ٢٩., 15; de ثنية الخضراء بمكة, ibid. ٥.., 13; de الثنيّة prope الكَرَك, Ibn Bat. I, p. 257, l. 1.

P. ٢١٣ l. 17. Pro ركّاب, in v. ثنية الركاب, Fl.: »scr. رِكاب; falso item in Moscht. p. ٨٩ l. 6 ab inf. editum est رِكّاب, recte l. 7 ab inf. الرِكاب." De ذ العابر, s. ذ الغابر, loco, per quem Proph. transiit Al-Medīna*m* fugiens, Ibn Hisch. I, p. ٣٣٣, 13, coll. infra in v. العابر, ubi altera forma الغابر effertur. De ثنية العُقاب prope Dam., Ibn Ǵob., p. ٢٩١, 12 et seqq., de Sacy *Chr. Ar.* II, p. 120, v. Kremer *Mittelsyr. u. Dam.*, p. 34, *J. A.* 1847 Mai, p. 425, et *Add.* supra p. 351; de الثنية القَسْرية, Al-Azraqī p. ٢٢٨, 2, 3; de ذ الفُصْوَى, ibid. p. ٥.., 12; de ثنية مِدْرَان, Al-Mošt. p. ٩., 12 et 13. Ut mecum communicavit Rodig: »Itinerarium Khiyârî*i* in Cod. Berol. fol. 10 r. scribit: "مَدران بفتح الميم وكسر الدال المهملة"; de ذ المَدَنيّين, Al-Azraqī ٢٢٢, 12, ٢٢٩, 8, ٢٣٢, 13 et seqq., ٢٨١, 11, ٢٩١, 9. De monte ذهلان in v. ثنية المذابيح, vid. in v.; de ذ المِرار, Al-Mošt. p. ٩. l. 6 et 7, de quo Qām. in v. مر: ومَنِيَّةُ المِرارِ مَهْبَطُ الحُدَيْبِيَة. De الصَّحيح, et ejus Scriptore مسلم بن الحَجّاج (+ 261), vid. Abū'l-Mah. II, p. ٣٥, 4 et seqq., et infra in v. الروحاء; de ذ ابى مَرْحَب, Al-Azraqī ٢٥٥, 14, ٢٨., 2 a f.; de ذ المَرّة, Al-Mošt. p. ٩. l. 14-16 et p. 9, et Ibn Hisch. I, p. ٣٣٣, 1, ٢١٩, 8 (ubi ثنية المَرّة s. المُرّة); de ذ المَقْبَرة, Al-Azraqī ٢٩١, 6 a f., ٥.., 12; de ذ الوَداع, Al-Mošt. p. ٩. l. 8 et 9, cursim Zam. p. ٣٢, 5 et 6, et infra in v. الوداع, ubi in n. 8 (quâcum conff. *Add.* ad الحَفْيَاء), verba Al-Bekrī*i* de eo loco adducta sunt.

P. ٢٣١ l. 5. Pro وباء in v. الثنى, cum Fl. l. واو ياء, quia ىّ cum

formâ المثنى conciliari nequit. Ad البشر et أدم vidd. *Add.* p. 67 et 335. — Cum verbis قلب وابار conff. dicta ap. Nostr. in v. البئر, et القلب, unde efficere posse videmur, dum قليب *puteum* notat *muro* intus *non instructum*, البئر, quod a Nostro per الجب explicatur, *cisternam* proprie esse, s. *puteum murum habentem.*

P. ٣٣١ l. 9. De ثوبة على مسلمين من الكوفة, ut ait ابن الجوزى, vid. *Z. d. d. m. G.* VII, p. 581. De ثورا, s. ثورى, Damasci fluvio, qui etiam, ut docet Qām. in loco ad v. الربوة allato, scribitur ثورآء, vid. supra in v. بردى, et infra in v. الربوة et يزيد, Ibn Ǧob. p. ٢٧٨, 15, Seetzen I, p. 135, v. Kremer *Topogr. v. Dam.*, p. 4.

